VITT. EMANUELE

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
12
3 0
7

NAZIONALE
BIBLIOTECA VITT. EMANUELE
55
12 B
11
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

71 71 12
a a 13
46 33 e

IOAN. BAPTISTAE IMPERIALIS VICETINI

Exotericarum exercitationum LIBRI II.

AD HORATIVM AVGENIVM.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

V.I C E T I AE,
APVD GEORGIVM GRAECVM. MDCII.
Superiorum permiſſu.

IOAN. BAPTISTAE IMPERIALIS VICETINI

Exotericarum exercitationum LIBRI II.

AD HORATIVM AVGENIVM



VICETIAE,
APVD GEORGIVM GRECIVM. M.DC.XL.
Superiorum permiſſu.

HIERONYMO FABRITIO
AB AQVAPENDENTE
MEDICINAE
IN ACADEMIA PATAVINA
Profeſſori Primario

Ioan. Bapt. Imperialis S. D.

CVM natura ita comparatum ſit V.C. ut eorum, quæ rudibus annis percipimus aut nunquam, aut difficilimè obliuiſcamur, & ea ſit humanæ condicionis calamitas, ut quæ deteriora ſunt, pertinacius animis noſtris inhæreant, iurè Galenus tradidit, eos, qui prauis opinionibus ſunt imbuti, primò erroribus expurgandos, deinde melioribus inſtituendos eſſe, quo præcepto admonitus, dum Medicinæ fontes primis labijs deguſtarem, ipſe mecum ſtatui illa humani fati incommoda præuenire eligendo eum mihi ducem, qui me rectè informaret; & cum in Academia Patauina degerem, in qua Bernardinus Paternus uir abſque ulla controuerſia ſapientiſſimus docebat, cœpi illi diligenter operam dare. At ipſo breui è uiuis ſublato me Alexandro Maſſariæ addixi, à quo ingenuè fateor monſtratam fuiſſe mihi uiam euitandi hæreſes, quæ in Artem Medicam continuò graſſantur. Sed, cum iudicium confirmare contra ipſarum impetus contenderem; uir

non obſcuri nominis, magnis contentionibus de veritatis poſſeſſione cum Maſſaria repetitis, me ſuſpenſum reddidit. Quæ res quamquam me commouit, fecit tamen, vt me ipſum colligerem, & animo fortiter, vt Philoſophum decuit, parato decernerem aduerſariarum rationum robur experiri; in quo munere obeundo cum ingenij mei, quod ſentio quàm ſit exiguum, ita periculum facerem, vt in publicam literatorum arenam uix ſentiens deſcenderem, mihi ſuccurrit in illarum diſcuſſione quaſi copiarum aduerſarum oppugnatione imitandos eſſe bonos milites, qui pro ſuis copijs ad prælium optimè inſtruendis, oppoſitarum diſpoſitionem indagant, & cum illæ ſatis confuſæ patere exploratione non poſſent, mihi neceſſe fuit quodam leuioris pugnæ genere inito ipſas in conſpectum deducere. Tamen tali conſilio licuit aſpicere potius, quàm ſecernere, ex quo pedem retuli, & meis aptiùs, vt potui paratis, in eas, quæ ſe primò obiecerunt, impetum feci, magno quidem cum diſcrimine, ſed creuit ita in periculis animus, vt conſtanter dimicauerim, dum viros cierem, vt vergilianis vtar uerbis, ad Martemq; accenderem. Quibus totius pugnæ ſummam ſibi alacriter depoſcentibus gloria, quæ mihi dubia proponebatur, certior fuit relinquenda. Igitur cunctis ingenij mei neruis in certamen deſcendi, quod niſi ad exitum deduxi, ſatis eſt, ut ille dixit, voluiſſe, conatibuſque meis à viris probis æqui, bonique conſulendum eſt. Cuius certaminis priorem partem tibi V. C. offerre debui; quia noui te rebus, de quibus in ipſa egi, mirificè delectari; & cum ad Maſſariæ nomen tuendum ea ratione faciant, qua Aduerſarium ab eius detractio

ne

ne auertunt, pertinent ad eam exiſtimationem augendam, quæ à te cuſtodita quandam tuæ autoritatis defenſionem coniunctam habet. Huc accedit, quod mihi Spartam quam Patauij ſuſceperam, exornanti animum ſemper addidiſti, & de me, quę tua eſt humanitas, optimè ſemper ſenſiſti, atque ſpem apud multos non leuem concitaſti, quam, cum ſuſtineri per me poſſe non confidam, ſtatui mea tibi commendare, ut à te tanquam iudicij tui argumentum foueantur, & defendantur. Vale, & me, ut ſemper feciſti, ama.

D. Vicetiæ IIII. Nonas Decemb. M D C I.

Errata humanus Lector ſic corrigat.

pag. 12. lin. 32. inuocuam	innocuam.
14. 23. de differ. ſympt.	de cauſ. mor.
17. 10. perfecta	accurata.
18. vlt. uicam	uicem
23. 14. vt ſola	ut ea ſola
36. 25. dixetit.	dixerit.
40. 2. putredum	putridum
46. 26. noxis	noxiis
66. 30. diſſentiſſe	diſſenſiſſe
ibidem laudem	laude
87. 11. abſtruere	aſtruere
97. 22. cet, in his probari	çet probari.
103. 1 & non concludere propoſitum. Quoniam	& nõ rectè concludere, nec propoſitum. Siquidem.
7 Sed præterquam.	Sic præterquam.
113. vlt. indicabie	indicabit.

INDEX OMNIVM CAPITVM,

quæ in ſingulo libro continentur.

CAPITA LIB. I.

EXERCIT. I.

GAleno acceptum refertur id, quod commune temperiei, compoſitioni, & unioni ſanitatis eſt genus; duobus modis ſanitas nil eſſe aliud, quàm illa tria, dicitur, & explicatur cur Ariſtoteles definiat ſanitatem eſſe elementorum ſymmetriã. Cap. I. pag. 3

Non omnem cauſam morbi, vel morbum redigi ad qualitatem ſub habitu, ac diſpoſitione ex Ariſtotele, & Galeno. Cap. II. 9

Diſpoſitionem genus commune morbi, eiuſdemque ſpeciem abſurdè ſtatui. Cap. III. 15

In ſanitatis definitione malè fieri tum ſymmetriæ, tanquam cauſæ mentionem, tum differentiarum expreſſionem; ſanitatis definitionem aliã eſſe, & à Medico non conſtrui. Cap. IIII. 18

Morbi definitio explicatur, & notatur Ariſtotelis ſingularis locus aduerſus cauſam continentem in morbis Cap. V. 24

Symmetriam attinere ad partem formalem ſanitatis, tamen ſanitatem ratione propriæ formæ non eße in prædicamento ad aliquid collocandam, & vocem quodammodo uſurpari ab Ariſtotele pro minus propriè. Cap. VI. 27

EXERCIT. II.

Futurorum præuiſionem non eße in definitione ſapientiæ comprehendendam, eße donum gratiæ, omnem noſtram præuiſionem eſſe incertam, & ſapientiam non circa omnia cum ratiocinatione verſari. Cap. I. 29

Vrinam, et alia excrementa malè ſtatui naturalis facultatis operationes, & locum cap. 13. lib. Galeni de ſanguinis miſſione ab Augenio peruerſè citari. Cap. II. 32

EXER-

INDEX.

EXERCIT. III.

Proponitur quærendum, an dyſenteria uera dici critica poſſit ad diſtinctionem ſymptomaticæ. Cap. I. 36
Ex eſſentia, & generatione criſis colligitur, quæ euacuatio critica dici debeat. Cap. II. 37
Dyſenteriam veram non poſſe eſſe criticam ad ſymptomaticæ diſtinctionem. Cap III. 44
Dyſenteriam ueram imperfectè criticam ad ſymptomaticæ diſtinctionem appellari non poſſe. Cap. IIII. 50
Symptomaticam dyſenteriam non eſſe cauſa externa definiendam, & humori bilioſo tarditatem tribui non debere. Cap. V. 57

CAPITA LIB. II.

EXERCIT. IIII.

Autorem ueritate duce defenſionem quandam Maſſariæ ſuſcipere, ſuſpicari illum mortuum fuiſſe oppugnatum, & illius decretum de ſcopis mittendi ſanguinem à Franciſci Valleſii placitis diſſentire. Cap. I. pag. 63.
Maſſariam ab Augenio Nouatorem appellari, & præclariſſimum eſſe ab eodem etiam nolente concedi. Cap. II. 67
Nouatoris nomen medicis noſtri temporis, & Maſſariæ eſſe iniurioſum. Diuiſio Nouatoris. Cap. III. 71
De Argenterio, ſiue de ingenij attributis, de Nouatoris deſcriptione, de Maſſariæ arrogantia, ac ignorantia. Cap. IIII. 74

EXERCIT. V.

Galeni locos lib. 9. methodi cap. 11. & vlt. & lib. artis medic. cap. 89. non fuiſſe à Maſſaria mutilatos. Cap. I. 80
Aetatem per ſe à Galeno reponi inter præcipuè reſpicienda pro ſectione uenæ in magnis morbis. Cap. II. 88

EXERCIT. VI.

De erratis Logicis Augenij. cap. 1 continens errata x. 93

EXERCIT. VII.

De Augenij ſentētijs repugnātibus. cap. 1. cōtinens repugnātias xvi. 113

FINIS.

INDEX EORVM,

Quæ in toto opere continentur.

ABſurdum Augenij. pag 16. & 96
Accidentiũ alia emanant à forma ſubiecti, alia pendent etiam ab externa aliqua communi cauſa. 20. & 21
Accidentium, qui emanant à forma ſubiecti, non omnia immediatè ab ea prodeunt 21
Actio eſt cum paſſione in eo, quod patitur 11
Accuſatio Maſſariæ. vide Maſſariæ.
Accidentium generatio non fit neceſſariò à ſimili in genere, aut ſpecie pag. 10
Actio de opere non dicitur; ſed contra opus de actione 35
Accidentium forma per quam cauſam inhæret materiæ 20
Accidens eſt potius forma quædam accidentalis 25
Actio caloris quando dicitur pugna. 41
Aetas puerilis qua ratione prohibeat omnem euacuationem 88
Aetas per ſe in numero ſcoporum principum mittendi ſanguinis repoſita eſt à Galeno de ſententia Hipp. 1 in 3. epid. 3. qui locus ex Græco explanatur 189
Aetas indicat, ut faciunt uires, non prohibendo 91
Aetas, eſt condicio morbi magni. & quomodo p. 111.
ſcopus primus mitt. ſang. 88
Affectus præt. nat. comitãtes expulſionem, debent dici ſymptomat. 54
Affectuum diuiſio in eos, qui ſine affluxu conſiſtunt, & in eos, qui ab humore fouentur mala 94
Affectus ab humore dantur ſine affluxu 94
Alimentũ nullũ rei alendæ ſimile 33
Alteratio eſt paſſio 11
Alteratio eſt motus paſſiuus ad qualitatem 11
Alteratio quõ dicitur qualitas. 13
Ametria eſt differentia, aut condicio eſſentialis addita generi 19
Ammonij doctrina de articulis com. in ſec. 5. lib. peribermenias 106
autoritas lib. 1. peribermen. c. 8. p. 29.
Analogum genus. vide Genus.
Analogum quomodo dicat unã naturam analogatis communem. 15
Argumentum à partium enumeratione quid colligat 109
Ariſtoteles non uult omnem cauſam morbi eſſe in prædicamento qualitatis 9
Ariſtotelis autoritas contra cauſam continentem 25
Ariſtotelis autoritas 6. phyſ. tex. 4. p. 3.

p.3.4.*Metaph*.2.p.8.7.*Metaph*. 43.p.7.& tex.31.p.10. & tex. 23.p.22.& tex eodem,ac ſeq. p. 25.& tex.14.p. 28. 12.*Metaph*. 13.pag.10. prędicam. qualitatis p.11.4.phyſ.117. & 128.p. 10. 2.de anima 129.et ſeq.p.11.tex. item 36.p.21.5.metaph.26.p.12. 2.Nicomachiorum cap. 6. p.19. 2. poſter.44.p.20.8.phyſ 32.p. 21.2.phyſ.29.p.23. & tex. 28. p.25.5.phy.19. p.28.l.de diuina. p.30.7.ethic.p 29.4.Methrorum cap.3.p.34. & p.38.& p 40.& p.45.5 phyſ.p.37.& 52 8.phy. 82.p.52.5.phy.58.p.54.4.Topicorũ.p 95.1.Rhet.ad Thed.p.96 qui locus explicatur 2 poſter.c.1 & tex.41.& 43.pa.24. & 93. 8.Top.4.p.95.2 priorum c.29. pag. 97.& cap.32. pag. 100. 1.priorum ſub initio,& ſec.2.p. 105. lib. perihermen. ſect.5.pag. 106.2.poſter.in fine p.29.& 118

Argenterius ingenioſus,ſed pernitioſus humano generi 75
non eſt imitator Hippocr. 75.76
interpretatur Hipp.aph. non pręclarè 76

Argenterij doctrina eſt abuſus Augenio teſte 75

Arrogantia Maſſarię 77 & 78

Argumentum Augenii in ipſum retorquetur 79

Arrogans quis ſit 77

Articulus in propoſitionibus ſubiecto appoſitus cuius ſigni uim habeat 106

Argumentatio quot modis reprehendatur 95

Attenuatio cuius facultatis opus cõtra Vill anouanum 40

Attenuatio quid ſit potius,quam coctio 40

Auer. autoritas 3.cæli com.1. p.9. 2. de anima com 2 pag. eadem. 4.phyſ.9 p.11.12.Metaph. 28. p. 15. 1. poſter. 31.& 64. pag. 20.& comment. 34. pag. 21. 8 Metaph.6. p.20.4. diſputatione p. 30.2. poſter.6. p.93

Augenius non fuit coactus Maſſariam nominare.Maſſarię decretũ de ſcopis mittendi ſanguinem falsò adſcribit Valleſio. 66.
cõparat Maſſariam malis fæminis,uocat carnificem,abiectè obiicit Maſſarię ignorationem doctrinæ Hippocr.Gal.& aliorum 67

Augenius fucum facit in recenſendis titulis ſuorum lib.de rat.cur. per ſang. miſſ. 68

Augenii ſententia de doctrina Argenterii 75

Augenius Maſſarię gratia ſe in Patauinam Academiam accerſitum fatetur 78

Augenij epiſtolę lingua materna ad Maſſariam ſcriptę,& in latinum conuerſę,quę cauſę Maſſarię fauent. 75.77.& 78

Augenius Grecarum litterarum peritiam ſe habere fatetur,et negat 78.et 116
textum Gal.corrumpit 82
ueną ſectionem conuenire ſine plenitudinis affectu male interpretatur de reuulſione 83

in

in expoſitione loci cap vlt. lib. 9. de meth. incidit in contradictionem 86
Augenii Grammatica notatur 79
uana excuſatio de errore commiſſo propter latinam uerſionem 84
demõſtratio oſtẽtata ſoluitur 87.
argumentum. vide Argumẽtum.
Augenius ita loquitur, ut uideatur intelligere omnem rerum cauſas, & omnem morbum eſſe in prædicamento qualitatis ſub habitu, ac diſpoſitione 9
modo peruerſo docet 17. & ſequ. 50. & 127
ſanitatem definit 18. videtur diſtinguere ſanitatem à ſymmetria ibidem.
malè tribuit morbo potentiam ad operationes pficiendas 17. & ſeq.
incidit in fallaciam à parte ad totum 32
dyſenteriam diuidit 36
concedit coctione res exui prauis qualitatibus 46. & ſeq.
perplexè, et obſcurè loquitur, ac docet 17. ſeq. 50. & 127.
bilioſo humori tarditatem tribuit pag. 60
in loquendo procax 63
à Maſſ. in diſputatione de ſcopis non læſus 65
an Maſſ. humaniter reſpondeat. ibidem.
lectione diſput. Maſſariæ ad ſcribẽdum impulſus 69
cogitur concedere ut humores maligni ſint concocti 114
peruertit locũ lib. de ſang miſſ. 35
facit rationem uitioſam in primâ figura 10 . & ſeq. ubi multa de Augenij logica.
errat in logica 92. & ſeq.
repugnat ſibi in xvi p. 113. et ſeq.
arguendo per inſtantiam credit arguere per inductionem 99
Maſſariæ imponit 124
fatetur indicationem eſſe tacitam ratiocinationem 118
Galenum de negligentia, & de errore accuſat. 120. & ſeq.
Auguſtinus lib. 2. de ciu Dei quomodo ex Platone humanitatem uſurpet 65. & ſeq.
Auicenæ ſententia f 2.4 t. 1. c. 2. 38
Aulus Gellius lib. 14. c. 15. de humanitate 65
Autor l. 4. acutorum Hipp. nomine donatur ab Augenio 119
Autoris propoſitum in 2. lib. 64
Autor primùm epiſt. Augenii aduerſus Maſſariam uagè percurrit 1. & 92

B

Bilis flaua, & craſſa quid ſint, & qua uia expurgentur, utraque aliquantum utilis, & aſſimilatur uino ſub uuis feruente 35
Bilioſo humori tarditatem non eſſe tribuendam 59. & 114
Bilis nomen ſimpliciter prolatum quid ſignificet 114
Braſauoli autoritas 55. & 60
Breue eſſe conuertitur cum repentino 37
Buranæ autoritas 107

C

Calida conſtitutio. vide conſtitutio.

Calor naturalis aliis adiuuatur, quomodo terminet humidum 46
Caloris actio. vide actio.
Cauſa morbi non eſt omnis in prædicam. qualit. 9. *& ſeq.*
Cauſę à quibus morbi auſpicantur quot ſint, et ad quid redigãtur 26
Cauſa nulla eſt propriè de morbi eſſentia 25
Cauſa calida intemperiei ex Gal. 14
Cauſę rerum genere, ſpecie, & numero differentium, genere, ſpecie, & numero differunt 15
Cauſa inhęrentię accidentis, quæ nã ſit, 20. *& ſeq.*
Cauſa poſitiua morbi quomodo detur 26
Cauſa continens morbi quomodo 25
Cauſa eadem quęritur per quęſtionẽ quid, & propter quid 93
Christophorus Vega male cenſuit di ſpoſitionẽ eſſe cauſam ſymmetrię, & ametrię 19
Cibi prima coctio ubi; pars utilis quò deferatur, inutilis quò deponatur, & ſecunda coctio ubi 33
Cicero citatur lib. 5. epiſtolarum familiarium, pag. 66.
de ingenii nomine 75
Coctio in morbis cuius ſit 38
Coctio ſine criſi, & eſt ſpecies alterationis 38
eſt perfecta, & imperfecta 41
imperfecta quomodo uocetur ab Auer. & Ariſtotele 41
Coctionis complementum quod ſit. 44. *& ſeq.*
Concoquere eſt exuere prauis qualitatibus pag. 46. *& Hipp. & Gal. ſentẽtia roboratur* 49. *vide etiam pag.* 114
Comparatio Maſſariæ, & Augenii ex quibus facienda 80
Conſtitutio calida, & ſicca regionis, temporis anni, & cæli quomodo indicat uenæ ſectionem 85
Contradictione in textu Gal. exponendo urgetur Augenius 86
Criſis, an ſit alteratio conſequens euacuationem. non poteſt eſſe ſine coctione 38
eſt ad bonum, & ad malum 37
quę ſpecies mutationis propriè ſit 43
quomodo iudicium appellata 42
Criſis definitio, cui mutationi propriè conueniat 43
complementum tria requirit 43
eſſentia, & generatio explicantur 37. *& ſeq.*
Comes Montanus Vicetinus 17
Complementum coctionis. vide coctionis
Concoctio eſt perfectio 42. 44
Condicionales nihil ponunt in eſſe per ſe; & quomodo ponant aliquid 109
Conſequentia à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis, quomodo ualet 109
Contraria eodem ſub genere reponũtur, et eodẽ ſubiecto uerſantur 24
Corpora quãdiu egeãt nutritione 33

D

Ei præſcientia. vide pręuiſio.
Definitio nominalis quomodo vocetur 20

Defi-

Definitio duplex, & quid in utraque gerat uice formæ, & materię 20
de quo uerificatur 43
in qua aſſumitur actus, de quo uera ſit 18
bona quod genus requirit 16
Definitio criſis. vide criſis.
Definitionis partes ignotę non inueniuntur diuiſione 23
Demonſtratio Augenii. vide Aug.
Diarrhęa cur dicatur critica à Galeno 55
Dictio Gręca δῆλα, latinè quid ſignificet 19
Differentiæ in definitione non ſunt exprimendę 24
Differentias generis communiſſimi malè ſpeciei tribui ab Aug. 96
Differentia, & conditio eſſentialis pro cauſa ſumi non pōt 19. et 93
Diſcedens ab Hipp. & Gal. doctrina eſt malus 71
Diſpoſitio pręedicatur de omni habitu 12
quomodo ſequitur alteratione 10
Diuiſionis bonę conditiones 94
Diuidendi modus Aug. abſurdus. ib.
Diuiſio habituum animi 118
propoſitionis 110
Dubitatio de ętate, an ſit ſcopus princeps mitt. ſang. proponitur, & ſoluitur 88
Dyſenterię nomen explicatur 30
diuiſio 37
4. ſpecies 37
Dyſenteria uera nullo modo critica 44. & infra
à quibus humoribus fiat 47. et 54
non fit repentè 58
à cauſa externa ſola non depēdet. 57. & ſeq.

E

Effectus eſt indicium cauſæ 34
Egentes ſanguinis miſſione, qua ratione pati poſſunt notabilē euacuationem per cutem 85
ἔννοια quid ſignificat 22
Enumeratio partium. vide argumentum.
Euacuationes bonę, & peſſimę quę 48. & ſeq.
Euacuatio critica quę ſit 43
ſine quo dici critica non poſſit. 43
morbos inuehens bona eſſe poteſt. 51. & ſeq.
ſanguinis, in ipſius praua qualitate, & quantitate 82
Euſtratii autoritas com. in 6. ethic. cap. 7. pag. 32. 59. & 97
Expulſio humorum eſt motus localis 38
poteſt eſſe critica 51. & ſeq.
quomodo unus motus 52. & ſeq.
Excrementorum diſpoſitio ad ſui ex pulſionem, cuius opus 40
ſeparatio duplex 40. & ſeq.
Externum in definitione putredinis, vt benè ſumatur 58

F

Fabius Pacius auctoris pręceptor 15. & 62
Facultates cognoſcūtur ex operationibus 35
Falſitas. vide veritas.
Fallacia Augenii à parte ad totū 32
Febris eſt paſſio genericè 13
Febrem dicentes eſſe paſſionem, loquun-

quuntur minus propriè 13
Finis notio, quò ad motionem animę pertinet ad genus cauſæ efficientis 23
quo ad ea, quę ſunt ad finē extra, ad genus cauſę finalis. ibidem
Finis alterationis criſim pręceden tis, qui 45
Finis gerit potioris partem 43
Finis iudicii. vide iudicii.
Franciſci Maironis autoritas com. in prędic. qual. 14
Futurum comprehendit contingentiam 29
Futurorum pręuiſio quid 30
G
GAleni diligentię aliquid addere parum tutum 5
Galeni autoritas lib. 4. de tuenda 7 p. 3. de diff. mor. initio p 4. p. 17 p 24. et p. 94. de cauſ. mor. p. 14. et p 94. Artis Med p 87. de diff. ſympt. 1. p. 10. & p. 13. 2. met. 3. p. 10. & p. 11. & p 13. et p. 22 1. de ſa t 15. p. 25 9. met. 10. et ſeq. p. 32. 1. de rat. vic. cō. 45. ibidem, 1. de fac. nat cap. 4 ibidem, 5. de uſu partiū, 5. p. 33. 5 de loc. aff. c. vlt. p. 34 1 de fac. nat. c. 2. p. 3, .d ſang. miſ. cap. 13. ibidem, 2. in pri mum epidem. 7 p. 8. 3 de ſympt. cauſ. 2. p 37. 3. de diebus decret. 8 p 38. 2 d rat. uic. p. 39. 1. d med. ſimpl 11. p 4 . 1 de tuēda 3. p 41 2 aphor. 13. ibidem, 1. de criſ. vlt. p. 42. 3. de criſ. 2 p 43. 1 de dieb. decret. 8. ibidem, 6 de loc. patient. 2 p. 47. & 57. 4 aph. com. 47. p. 48. & cō. 21. et ſeq. p. 49. 6. aph. 48 p. 54. 1 epidem. 5. 2. cō. 66. p. 51. 1. d ſympt. cau. 2. p. 57. 3. in pręſag. 37 p 59 3. aphor. 12. p. 60 quo loco recipitur lectio quędam textus gręci Braſauoli, 9. meth. 11 & ult. p 80. & ſeq ubi uterq; locus explanatur. de ſan. miſ. 13. p 91. primo in 3. epidem. 3. qui ex Gręco exponitur p. 89. 4. meth p. 99. primo ad Glauc. 14. pag. 104. 4. de rat. vic. p. 106. vbi logicè explicatur, 3. de alim. fac. 39. p 114 de tumor. pr. nat. 9. ibidem de ſang miſſ p 126. & ſeq
Galenus dicens febrem eſſe paſſionē, quomodo accipit paſſionem 13
logicę peritiſſimus 21
de negligentia accuſatus ab Augenio, & de errore 120. & ſeq.
Galeni loci nulli à Maſſaria mutilati 80. & ſeq.
textus corruptus ab Augenio 82
Generis communiſſime ſumpti differentię. vide differentias.
Gādauenſis autoritas 4 phyſ. queſt. 26. p. 10. 2. phy. q. x p. 23 5. phy. q. 1 p. 53
Generatio accidentium. vide accidentium
Genus ſcholaſticè diſtinguitur 7
uniuocum quomodo ſit ſuę ſpecies 6. & ſeq.
analogū quomodo ſit ſuę ſpecies 8
Genus ſanitatis analogum, & quomodo ſuis ſpeciebus commune. vide ſanit. genus.
H
HAbitus non prędicatur de omni diſpoſitione 12

Habituum animę diuiſio 118
Hippoc.autoritas explicatur 2.aph. 13.p 41. 4.aphor.47.p. 48. 21. 22 p.49. 6.aphor.48 pa 54. 7. aph.3. ibidem, 1.epidem. 5. 2 in hiſtoria Dionis, Sileni, & aliorũ p.51. lib.de iudic.ad finem p.55.
Humorum morbificorum quot ſint partes, & à quo coquantur 38
pars putrefacta concoquitur 39. *& ſeq.*
Humores maligni ſunt, concocti confeſſione Augenii 114
Humori bilioſo tarditatem non eſſe tribuendam 59. & 114
Humanitatis ſignificationes ex Aulo Gellio, & ex D. Auguſtino 65
Hypothetica quomodo habet coniunctam uim uniuerſalis 109

I

INciſio cuius opus 40
Indefinita propoſitio quibus æquipollet 105
Indicatio quomodo ſumitur à re non permanente 121. *& ſeq.*
Indicium cauſæ eſt effectus 34
Inductio quid, quomodo colligat 99. *& ſeq.*
Ingenij dotes bonę, & malæ 74
nomen competit docilitati, & memorię ex Cicerone 75
Ignorantia Maſſariæ 79
Inſpectio apud artifices refertur ad ſcopos. 93
Inferius participat ſuperioris 96
Inhærentia aptitudinalis Scoti 25
Initium iudicii. vide iudicii.
Inſtantia ab Augenio accepta pro inductione 100
Inſtantia quid ſit 100
Inſtrumenta facientia fidem quot ſint in uniuerſum 97
Intemperiei calidæ cauſę ex Gal. 14
Iudicium in quæ diuiditur.
Iudicij initium, & finis quid ſit 43

L

LEonicenus uertit γίνεται apud Hipp. aliter, ac Theodorus 42
ἔννοιαν finem notum, mẽte conceptum, & deſideratum 22
Liber 4. acutorum Hipp. adſcribitur etiam ab Augenio 119. & 120.
Linacri uerſio lib.9.meth.med. 81
Linconienſis 52
Logica Augenij 92 *& infra.*
λογισμος quid 118
Loquendi modus Augenii qualis. vide modus
Lucubrationes Maſſarię. vide Maſſarię.

M

MAgnitudo preſens, & futura Maſſarię nota 121
Maſſaria defunctus ab Augenio agitatur 64
in diſputatione de ſcopis Augenium non lędit
apologetica nõ egit ſi lis contumelijs.
docuit magnitudinẽ præſentẽ, & futurum. 121
Maſſarię accuſatio reiicitur in Augenium 121. *& ſeq.*
ratio, de ui propoſitionis tex.19. lib.4. acutorum 107
lucubrationes à quibuſdam correptę 63
Materia morbi eſt ipſius cauſa, &

pars

pars eſſentialis 25
quot habet partes. vide Humorũ morb.
Materię ratio exprimitur 2. phyſ. per uerbum fit 25
Materię ſyllogiſticę condiciones sũt ueritas, & falſitas 109
Medici proceſſus duo 22
Medicus, ut accipiat ſanitatem, & non definiat 22
Methodus reſolutiua, & compoſitiua quid uocetur ab Ariſtotele. ibi.
Moderatio, & immoderatio à diſpoſitione non differunt 19
Modus loquendi Augenii obſcurus, & perplexus 50
Morbus eſt priuatio, & fruſtratio ſinis 24
quomodo habet cauſam poſitiuã. pag. 26
definitur, ibidem
Morbi bonam euacuationem comitãtes, non ſunt boni denominãdi 51
differunt numero, & genere ab expulſione 52
ſunt expulſioni coniuncti per accidens 53
acuti ſunt bilioſi, & citò decernunt 59. & ſeq.
Morbi cauſa non eſt omnis in prędicamento qualitatis 9
differentię ſunt plures 16
Mortuis maledicere malum ex Solone 65
Motus ratione fluxus in prędicamẽto paſsionis 11. & ſeq.
accipitur pro forma fluente, & pro fluxu 11
quomodo ſit cauſa rei permanentis 10
acceptus pro fluxu quomodo actionem comprehendat 11
ratione formę fluentis eſt in genere termini ad quem 11
Motum quę per ſe conſtituant, & unum reddant 52
Motus diſtinguuntur p terminos. 52
genere diuerſi poſſunt cõtinuari, & finibus confundi 53
Mutationum diſtinctio ex quo pendet 38
earum, quę ad criſim attinent, ordo 42
Mutatio fit in tempore 37
Mutationis tres ſpecies ibid.
Multitudo nominis in propoſitione. vide nominis.
Mutilati loci nulli Galeni à Maſſaria 80. & ſeq.
Mutilatio textuum uitioſa qualis 80

N

NAtura quid ſignificet Ariſtoteli 4. Methcorum, c 3 p. 40
Natura oĩa ſine doctore peragit 33
Nominis cognitio antecedit omnem aliam, & ſine quibus haberi non poteſt 20
Nomen dyſenterię explicatur 36
Nomen uirium. vide virium.
Nominis multitudo non impedit unitatem propoſitionis 111
Noua afferens, quę intelligitur afferre 71
Nouator Medicus noſtri temporis in malam partem 71. & ſeq.
Nouatoris diuiſio 72. 73
Nominis mali impoſitio eſt iniuria. pag. 73

Noua-

Nouator dici poteſt hoſtis Reip. litterariæ, plagiarius, peſtilens 76
Nutritio quid ſit 33

O

OMninò quid ualeat. vide vox.
Operationes indicant facultates 32
Operationum eſſentia conſiſtit in motu 34
Opus de actione dicitur, ſed non contrà 35
Ordo mutationum ad criſim attinentium 42
Ouidii carmina. p. 71 & p. 75.

P

PArtes propoſitionis eſſe orationes poſſunt 112
Partium enumeratio. vide argumentum.
Paſſio genericè eſt communis rei permanenti, atque mobili 13
propriè dicitur de alteratione, & de re, quę eſt in fieri 13
non eſt qualitas. p. 10. & ſeq.
& quomodo id intelligendũ. p. 13
quomodo dicitur qualitas. p. 13.
& ut ratione quadam Simplicii qualitas dicatur, non placet. p. 14
ſpecificè denotat rem propriè, quę eſt in motu 13
diuiditur ex Ariſt. 12
prędicatur de omni paſſibili qualitate ib.
accipitur genericè, & ſpecificè. ib.
Paſſibilis qualitas non prędicatur de omni paſſione ib.
Philoponi autoritas 2. de anima com. 31. p. 8
Perturbatio dicitur criſis in fieri 42 magis criſis, & quomodo, ibid.
Perfectio, quę ſit operatio 44
Plato in primo de partibus anim. refutatus de inuentione partiũ ignotarum definitionis per diuiſionem 23
Potentia ad operationes perficiendas malè tribuitur morbo ab Augenio. 17
& attinet potius ad ſanitatẽ, ibi.
Prſcientia humana quomodo phyſicè concedi poſſit 30
Præuiſio omnium rerum quomodo Deo tribuatur 30
Primum analogatum debet propriè, & principaliter cognoſci 8
Propter quid quęrit cauſam externam, finem, vel efficientem 93
Propoſitio tex. 19. l. 4. acut. coniunctione una, & quomodo 112
Propoſitionis unitas vnde 111
diuiſio 110
ſubiectum quale 111
Propoſitio qua ratione ſit aut uera, aut falſa, aut probabilis 109
indefinita. vide indefinita.
tex. 19. lib. 4. acutorum eſt uniuerſalis categorica affirmatiua. 112
Pueri non egent remedio uacuante. 84

Q

QValitatis acris munera 48
Quid eſt, quid quęrit 93

R

Raciocinatio quid 118
coniunctū habet diſcurſum. ibi.
Ratio Augenij. vide Augenij.
Maſſarię ſpectans ad tex. 19. lib. 4. acutorum vide Maſſarię.
Relatiua propriè quę dicuntur, & quę impropriè 27
Renes attrahunt urinę materiā 33
Reuulſio ſanguinis propter ipſius impetum 82
Repugnantiæ Augenii ſexdecim 113
Robur uirium. vide virium.

S

Salſæ pituitę cauſa 60
Sanguificatio quod excrementorum prouentum coniunctum habet 33
Sanguinis quantitas, ſeu plenitudo duplex 82
Sanguis inutilis euacuandus p. 82.
eſt inutilis duplici ratione 82
inutilis propriè euacuatur, ibidem
motu citatus propriè reuellitur. ibidem.
Sanitas de ſententia Ariſtotelis quid ſit 3
& cur ita ſit ab Ariſtotele definita 8
de Galeni ſententia quid 5
Sanitatis genus ſuis ſpeciebus commune ab Augenio non tribuitur Galeno, ſed aliis 4
acceptum Galeno refertur 4. & ſeq.
uniuocum quomodo à nonnullis credatur 6
analogum quomodo 7. & 15
Sanitas quot modis dicatur idem cū ſuis ſpeciebus 6. & ſeq.
ut diſpoſitio, quid comprehendat. 18
eſſe finis Artis Medicę quomodo intelligatur, p. 22. & ſeq.
ratione formę non reponitur in prædicamēto relationis, et nō eſt ſimplex ſymmetria, ſed fundamentum cum relatione 27
Sanitatis definitio ex Augenio 18
uerius inquiritur, & cōficitur 21
Sapiens circa principia non ratiocinatur 31
Sapientia humana definitur propriè & non preuidet futura, & contradiſtincta ab aliis habitibus eſt metaphyſica 29
Scientia eſt rerum neceſſariò exiſtentium, ibidem.
Scholaſtica generis diſtinctio 7
Scientia eſt ſapientię pars ex Euſtratio 32
Scopus quid ſit, & quomodo cum fine conueniat 90
Scopi non primi indicant uenę ſectionem 104
Scoti inhærentia, aptitudinalis. vide inhærentia.
Scripta quomodo ęſtimanda ex Poeta 80
Secundę coctioni quot excrementorū genera comitantur 33
Separatio quomodo à coctione diſtinguatur 42

ex-

excrementorum. vide excrementorum.

Seuerinus in lib periherm. Ariſt. et lib. ſuis de differ. Topic. 111

Simplicij autoritas com. in prędic. qual. pag. 10. *& pag.* 17. *in* 5. *phyſ. pag.* 53

ratio quædam, qua paſſio dicatur qualitas, non placet p. 14

Solonis decretum cõtra eos, qui mortuis malè dicunt 65

Specierum numerus in queſitis ſcientialibus non enumeratur 23

Subiectum accidentium eſt ipſis additum 20

in propoſitione quale eſſe debeat. 111

excedens prędicatum debet coarctari 111

Subſtantiarum cauſa ſunt ſubſtantię ex Auer. 9

Symmetria, & ametria à diſpoſitione non differunt 19

Symmetria non diſtinguitur à parte formali ſanitatis 27

eſt formę affectio, & conditio 19. *&* 27.

T

Tempus eſt quoddam continuũ, & diuiditur per longum, & breue 37

Termini diuerſi conſtituunt diuerſos motus 52

propoſitionis quales eſſe debeant, & eſſe poſſint 112

Textus gręcus Gal. 3. *aphor.* 12. *legitur cum Braſauola* 60

Thadęus Florentinus in 12. *aph. l.* 2. *& in f.* 2. 4. *t.* 1. *cap.* 8 p. 38

Theodorus vertit γίνεται *apud Hippocr. aliter ac Leonicenus* 42

Thomas Eraſtus cenſuit malè diſpoſitionem eſſe cauſam ſymmetrię, & ametrię 19

Thomę autoritas v. Metap. 26. p. 12 2. 2. q. 17. art. 2. *ad tertiũ.* p. 30

V

Valleſii opinio de excrementorum ſeparatione relinquitur 40

lapſus in expoſitione loci Hippoc. p. 56

Veritas, & falſitas ſunt conditiones materiæ 109

Venę ſect. conuenire ſine plenitudinis affectu, de quo intelligitur contra Augenium 83

Vgo Senenſis in 12. *aph. lib* 2. p. 38

Vicomercati in 4. *metheorum animaduerſio* 40

Villanouani opinio de coctione partis inutilis humorum expungitur. 39. *& ſeq.*

de attenuationis cauſa reprobatur 39. 40

Virium nomen quid ſignificet 32

robur cognoſcitur ex operationibus 32

Vires ſunt conditio morbi magni, & quomodo 111

indicant concedendo 91

Vita eſt actio uiuentis 18

Viuens quod dicatur 18

Vniuocum genus. vide genus.

Vox quodãmodo *ualet* minus propriè 28

pri-

primò, *quare in definitione morbi aſſumpta.* 26
omninò, *quid ualeat* 59
Vrinę materia quid ſit.
attrabitur à renibus 34
Vrina, & excrementa non ſunt operationes 34
Vtilitas coctionis rerum non mutantium formam quę nam ſit 46

FINIS.

IOANNIS BAPTISTAE IMPERIALIS

In libros exotericarum exercitationum ad HORATIVM AVGENIVM

PRAEFATIO.

CVM omnes ſingulari in Patriam, ac in præceptores officio propenſi eſſe debeant, lectio diſputationum, quibus demum Alexandri Maſſariæ famam obruere conatus es, uel ingratiſſimum quemque eius conciuem, & diſcipulũ poterat ad mutuã obtrectationem inflãmare: niſi multis in locis profeſſus eſſes te tuã gloriam non cum tuæ opinionis defenſione ſolùm, ſed etiam cũ ueritate coniunctam eſſe uoluiſſe. Quocirca nobis ut primũ licuit (quod ſerò licuit) illas præ manibus habere, propoſitum fuit procul ab omni cõtentione noſtros animos tanquã in arce quadam ueritatis collocare, in qua nos conſtituti dũ cogeremur uagari obſeruatione eorum, quæ biennio aduerſus Maſſariam cogitaſſes, & diſpersè tradidiſſes: res ipſa interruptè tractata perſuaſit, ut ab initio tuarum epiſtolarum continuatam ſpeculationem repeteremus. Igitur id facere aggreſſi in multa loca incidimus, quæ animus noſter circumſpiciens in admirationem traducebatur, & tuæ autoritati non minimum tribuens afficiebatur liberali uerecundia, quaſi rudis multarum rerum intellectionis: ſed tibi non aſſentiebat adeò, vt tua ſtatim ſententia acquieſceret. immò

ſibi conſcius laborum, quos in bonarum diſciplinarum ſtudiis ſubiiſſet, ferebatur intereà in diſcuſſionem eorum, quæ nouitate ſeſe maxima obtulerant, & quamuis trepidatione quadam diligentiſſimam inquiſitionem tentaret, tamẽ progreſſu uiſus eſt ſibi uires acquirere, & dulcedine quadam neſcio ân deceptus, certè captus imitandi tui, non tam imitationem inſtituit, quàm perinde atque propoſitis gloriæ præmijs cum tua diligentia, ac magnitudine decertauit. Cuius laboris vt non me tæderet, faciebat æquanimitas tua, qua tu magnus philoſophus te ipſum ſuperaſti, dum aliorum conatus tuis antepoſiturum veritatis gratia pollicitus es. Sed cũ eò perueniſſem, ubi cominus cum Maſſaria manus conſeris, intellexi quoſdam doctiſſimos uiros exinde occaſionem arripuiſſe ſcribendi methodum mittendi ſanguinis, qua omnes tuas machinas demolirentur. Quare perſpiciens me, ſi in tuarum laudum æmulatione progrederer, futurum forſan eorum competitorem, quos admirari potius volo, quàm æmulari, cœpit me pœnitere profectionis, & iudicaui mihi manum de tabula, vt aiunt, eſſe tollendam. Interea tamen meas exercitationes epiſtolarum tuarum ſerie continuatas, & obſeruationes quaſdam uagè primùm diſiectas, qualeſcũque ſint, tibi publicè proponendas, vt multorum ſententia explorata experirer in ueritatis ſtudio utilem ne, an inanem operã poſuiſſem, & ſubinde mentem aut præceptis imbibitis exædificarem, aut antè nimis ſeræ eruditionis euentum exuerem. Quam ob rem non contradicendi, aut contendendi ambitione motus, ſed communi omnibus ſtudioſis iure excitatus illa protuli coram te maximo ueritatis ſectatore, quæ poſtulant, vt eo animi tui candore recipiantur, quo ego tuo exemplo, ne dicam impulſu ad virtutis faſtigium contendebam.

IOANNIS BAPTISTAE IMPERIALIS.

EXOTERICARVM EXERCITATIONVM Ad Horatium Augenium.

LIBER PRIMVS.

EXERCITATIO PRIMA.

Galeno acceptum refertur id, quòd commune temperiei, compoſitioni, & unioni ſanitatis eſt genus; duobus modis ſanitas nil eſſe aliud, quàm illa tria, dicitur, & explicatur cur Ariſtoteles definiat ſanitatem eſſe elementorum ſymmetriam. Cap. I.

CVM primum animi mei conatus ad comprehēſionem magnarum tuarum cogitationum applicarem, deſiderabam à re aliqua leuiori exordium ducere, vt uia ille facili ductus ad maiorum cōtemplationē, harū magnitudinē non horreret, qua fortè, cū ſit imbecillus, opprimi in ipſo ingreſſu poſſet. Sed mihi lectionē epiſtolæ 1. tui 3. tomi aggredienti ſors non longè ab initio rē offert, cuius cōſideratio aditū ad altiores ſpeculationes patefaciat. Igitur rati ſortē boni auſpicii loco nos ad ſcribendum inuitare, ſic incipiamus.

In epiſtola prima tibi proponis conſiderandum an ſit concedenda media diſpoſitio corporis inter ſanitatem, & morbum ſpecie ab ipſis diſtincta, deinde explicas tum quid nomine mediæ, & neutræ diſpoſitionis intelligere oporteat ex Galeni, & Ariſtotelis ſententia; tum quid apud eoſdem ſit ſanitas, & morbus declaras: in quo faciendo cum referas ſententiam Ariſt. 6. Phyſic. 4. dicentis ſanitatem eſſe ſymmetriam calidi, frigidi, &c. Galeni verò addentis 4. de tuenda 7. organicarum partium conſtitutionem; & unionem tam ſimilaribus, quàm organicis communem, inde ſumpta occaſione dubitandi; an ſanitas ſecundum propriam eſſentiam

nihil ſit aliud, quam huiuſmodi temperies, compoſitio, & vnio; an aliud quidpiam, vt præclariſſimi quidam Philoſophi, & Medici dixerunt; reſpondes te huiuſmodi viris adhærere. quaſi ſi hoc aliud quidpiam concedendum ſit, non fuerit à Galeno animaduerſum, & explicatum; quæ tamen res à veritate aliena eſſe uidetur. quia paulò inferius ſcribis: *quid igitur (inquies) hoc aliud eſt? diſpoſitionem eſſe inquam corporis uiuentis.* Gal. vero initio lib. de diff. morb. habet. *ſiue igitur naturalem omnium partium corporis conſtitutionem, ſanitatem appellare libuerit, ſiue operationum cauſam, in idem uterque incidit ſermo, & ſi hoc eſt ſanitas, eius profectò contrarium erit morbus, vel conſtitutio præter naturam, aut læſæ operationis cauſa. liquet autem quod & ſi diſpoſitionem præter naturam dixeris, cum eo quod nomine vteris antiquo, idem prorſus ſignificabis.* in quibus quiſque videre poteſt expreſſam eſſe corporis conſtitutionem, & diſpoſitionem, tamquam eſſentiam ſanitatis, & morbi; atque illud aliud quidpiam Galeni fuiſſe decretum tam apertè ab ipſo declaratum, vt id præclariſſimis aliis quibuſdam Philoſophis, & Medicis tribuere, videatur eo indignũ, qui Galeni diſciplinam profiteatur: cum Galenus non ſolũ illud aliud quidpiam inuenerit, verùm etiam, te ipſo teſte, ſuæ inuentionis eam cauſam docuerit, quæ non differt à prima illarum, quibus cenſes eidem inuentioni tanquam alienæ adhærendum eſſe. Siquidem ais adhærendum illis viris eſſe *primùm quia omnis cauſa, omniſquè morbus ſunt in prædicamento qualitatis, ſub habitu, ac diſpoſitione, ut uult Ariſtoteles, cui conſentit Gal. at vero numerus, & magnitudo ad quantitatem referuntur, ſitus vero ad propriam categoriam.* cuius rationis vis à te non exprimitur, ſed in

bi,& ſanitatis conſtituendam requiri, quod commune prædicamento qualitatis,quantitatis,& ſitus cōprehendat morbos,qui in huiuſmodi categoriis eſſe videntur. Igitur ſi tua prior ratio in hoc conſiſtit,non differt ab ea; quam tu ipſe ex Galeno aduerſus Ariſtotelem affers his verbis. *Ariſtoteles ſanitatem ait eſſe primarum qualitatum elementalium ſymmetriam,& æqualitatem.Gal.vero lib.de bona corporis conſtitutione,& primo de ſanitate tuenda cap.7. diſſentiens affirmat ſimilarium partium ſanitatem eſſe elementalium ſymmetriam, ſed non organicarum, quarum ſanitatē in recta compoſitione, et conſtitutione conſiſtere declarauit, quæ compoſitio potiſſimum penes quatuor attenditur; ſcilicet magnitudinem componentium partium, formam,ſitum, ac numerum,quibus etiam dilucidioris doctrinæ gratia unitatem addit,quæ continetur in illis.* Nam Ariſtoteli eſſentiā ſanitatis,& morbi in ſola qualitate conſtituenti non aſſentire. quia organicarum partium ſanitas in recta compoſitione conſiſtit penes magnitudinem,formam, ſitum, ac numerū, nihil eſt aliud, quàm aſſerere vt ſanitatis, & morbi eſſentia non definiatur ſola qualitatum temperie, ſed etiam re comprehendente conſtitutionem bonam, vel malam penes magnitudinem,formam,ſitum,ac numerum; quæ res cum non ſolùm inueniatur à Galeno, ſed etiam ea ratione explicetur, qua aliis quibuſdam abs te tribuitur; quippe non erat de aliorum ſententia,ſed cum aliis de Galeni mente,& quærenda,& aſſignanda,hoc enim, vel illo modo agere diuerſū eſſe conſtat. Sed fortè quàm parum tutum eſt Galeni diligētiæ aliquid addere, tam multa commendatione dignum eſt reddere rationem,qua Gal. in arte medic. dicat ſanitatē ſecundùm propriam eſſentiam nihil eſſe aliud, quàm temperiem,compoſitionem,& vnionem; quod tu, cum ex ſanitatis

tis definitione incudi reddenda colligis illa tria non pertinere propriè ad ſanitatis quidditatem, videris primùm deſtruere; deinde explicare, cum illa eadẽ ad hanc materialiter pertinere aſſeris. Sed adhuc deſideratur modus, quo ſanitas idẽ eſſe cum illis materialiter dicatur, & forſan non eſt hoc ſatis uerè pronuntiatum. Quamobrem nobis tentandum eſt prædictæ tuæ interpretationis fundamenta, ac ipſam ſimul rei veritatem enodare, conſiderando alios redigere temperiem, compoſitionem, & vnionem ad ſanitatem tanquam ſpecies ad genus uniuocum; alios referre ipſas in ſanitatem tanquã analogata in genus analogum; & priores quidem ita ſuam ſententiam explanare, vt quamuis aliqui morbi uideantur eſſe in aliis prædicamentis, quàm in qualitate, & eorum, qui in qualitate exiſtunt, aliqui uideantur attinere ad aliam qualitatis ſpeciem, quàm ad primam; tamen dicant eiuſmodi morbos non eſſe uerè morbos ea rationẽ, qua ad aliud prædicamentum, quàm ad qualitatem, vel ad aliam eiuſdem qualitatis ſpeciem, quàm ad primam attinent, ſed tales eſſe ratione diſpoſitionis, quæ cum ſit in prima qualitatis ſpecie, latè quadam ſui generis proprietate ſe fundit, & omnia prædicamenta ambit; vnde intemperies cum humorum, qui ſubſtãtiæ ſunt, affluxu non eſt de illorum ſententia in prædicamento ſubſtantiæ, ſed in prædicamento qualitatis. quia cenſent humores non lædere actiones primò, vt ſubſtantiæ ſunt, ſed vt affecti qualitate, quæ ipſos malè diſponit. Ad quem modum quantitas aucta, numerus, & ſitus vitiatus non dicũtur abillis eſſe morbi, ſed quantitatis, numeri, & ſitus prauæ diſpoſitiones morbi recenſentur. Nec figura quidem, quæ in tertia eſt qualitatis ſpecie morbus eſſe aſſeritur, ſed figuræ uitium. Igitur cum illi in hoc ſenſu accipiant ſanitatem pro genere vniuoco, manifeſtum eſt ab iis dici poſſe ipſam eſſe idem cum ſuis ſpeciebus, vel quo ad totam ipſarum eſſentiã, vel ſaltem quo ad materiam. quia Ariſtoteles 7. Metaph.

43. declarans quomodo ex genere, & differentia fiat unum,
„ inquit, *genus non eſt ſimpliciter præter eas, quæ vt generis*
„ *ſpecies ſunt, aut ſi eſt quidem, ſed tanquam materia.*
& Scholaſtici diſtinguentes de ipſo genere dicunt genus du
pliciter accipi, uno modo pro compoſito ex materia, & for-
ma communi omnibus ſpeciebus, veluti animal ſumitur pro
aggregato ex corpore, & anima ſenſitiua communi omni-
bus animalibus, altero modo pro compoſito ex forma ſpeci
fica, & omnibus formis ipſam antecedentibus cum materia
prima: iuxtà priorem quorum modorum genus acceptum
aſſerunt eſſe ſpecierum materiam, iuxta poſteriorem eſſe to-
tam ſpecierum eſſentiam; & ſic patet modus, quo ſanitas di-
ci poſſit materialiter nihil eſſe aliud, quàm ſuæ ſpecies, cum
quibus vt ea eſſe idem ſecundum eſſentiam ueriùs dicatur,
quàm ſecundum materiam, licet cuique percipere perpendẽ
do temperiem, compoſitionem, & unionem ſe habere ad ſa-
nitatem, tanquam analogata ad genus analogum, vt uerè ip
ſa ſe habere credimus. quia Gal. ſanitatem appellauit cor-
poris naturalẽ conſtitutionem, vel diſpoſitionem, & cauſam
naturalium operationum; morbum uerò conſtitutionẽ præ-
ter naturam, aut læſarum operationum cauſam. At natura-
lis conſtitutio corporis communis eſt pluribus eiuſdem cor-
poris cõpoſitionibus, & ita cõmunis, vt una ex iis ſit prima,
alia ſecunda, alia tertia. Nam primò partes ſimilares compo
nuntur ex elementis, ſecundò organicæ ex ſimilaribus, ter-
tiò totum ipſum corpus ex organicis. cauſa uero naturaliũ
operationum pariter communis eſt partibus ſimilaribus, &
diſſimilaribus, atq; ita, vt actio prius ſimilaribus, deinde diſ-
ſimilaribus debeatur. Igitur ſanitas ab ipſa naturali corpo-
ris conſtitutione, & à cauſa naturalium operationum mini-
me diſtincta ſuſcipit rationem prioris, & poſterioris, ſubinde
genus uniuocum eſſe non poteſt. quia genus vniuocum eſt
id, quod non ſolum habet unam naturam ſuis ſpeciebus cõ-

mu-

munem,ſed etiam æquè ab ipſis, non prius, & poſterius participatam. Quamobrem reſtat, vt ſanitas ſit genus analogũ; & in hoc ſenſu dici debet, vt ea non differat ſecundùm propriam eſſentiam à temperie, compoſitione, & vnione: quia vt dicit Philoponus in lib. 2. de anima comm. 31. genus analogum non eſt niſi uox, & nomen, & non refert naturam ab eſſentia ſpecierum modo quodam diſtinctam, atque nihil eſt aliud, quam ſuæ ſpecies ordine quodam. Cæterùm cum huiuſmodi res ita uerè ſe habeat, & Ariſtoteles ſequutus forte Platonem lib. 1. de Rep. dixerit ſanitatem eſſe ſymmetriam calidi, frigidi, &c. & Galenus imitatus Ariſt. pronuntiauerit 2. in primum Epidem. 7. ſanitatem ex quatuor elementorum moderata menſura conſtare. aſtrui poteſt id ab utroq; prolatum fuiſſe, non ratione deficiente, ac minus propria, quam innuis, dicens illos ſtrictim ſanitatem accepiſſe, ſed quia agẽdo de aliqua re, quæ de pluribus ad unũ primũ, & ex quo cætera pendent relatis dicitur, debemus propriè illud primũ cognoſcere, vt colligitur 4. Metaph. 2. vbi Ariſtoteles habet.

» *patet igitur unius eſſe, et entia, prout entia ſpeculari: vbiq; autẽ propriè primi, et ex quo cætera dependent, & propter quod dicuntur, ſcientia, quod ſi hoc eſt ſubſtantia, ſubſtantiarum oportet principia, & cauſas habere philoſophũ ipſum.*

in quibus Ariſtoteles apertè docet philoſophum, qui ens, vt eſt cõmune analogũ ſubſtantiæ, & accidentibus conſiderat, debere uerſari propriè, maximeq; circa ſubſtantiarũ principia, & cauſas: quia ſubſtantia eſt primum, & ex quo cętera depẽdent. Igitur cum ſanitas ſit eiuſmodi, ut de pluribus ab una prima natura dependentibus prædicetur, iurè viri ſapientiſſimi agentes de ſanitate præcipuè conſiderarunt calidorũ, & frigidorũ, &c. ſymmetriã. quoniam hęc eſt propria partiũ ſimilarium, & principium ſanitatis, quæ in partibus organicis, ac in toto corpore reperitur.

Non omnem cauſam morbi, vel morbum redigi ad qualitatem ſub habitu, ac diſpoſitione ex Ariſtotele, & Galeno. Cap. II.

PRædicta Galeni diſciplina in dubium reuocata: quòd præclariſſimi quidam philoſophi, & Medici dicerent ſanitatis eſſentiam eſſe aliud quidpiam, quàm temperiem, cōpoſitionem, & vnionem, ſubiungebas te huiuſmodi viris adhærere tribus de cauſis; quarum prima erat, *quia omnis cauſa, omniſque morbus ſunt in prædicamento qualitatis ſub habitu, ac diſpoſitione, vt vult Ariſtoteles, & Gal.* tamen hæc uerba maiores adhuc patiuntur difficultates quàm illa Galeni diſciplina. Quia tua ratio talis eſt, vt per omnem cauſam non ſolum uidearis intelligere omnem morbi cauſam, ſed ſimpliciter omnem, quam ſi verum eſſet cum omni morbo in prædicamento eſſe qualitatis ſub habitu, ac diſpoſitione, ſequeretur ſubſtantiarum cauſas, quæ itidem ſubſtantiæ ſunt, vt dicitur ab Auerroe in tertio cœli, cōmento primo, & in ſecundo de anima comm. 2. eſſe in prædicamento qualitatis, immò omnium rerum cauſas in qualitate eſſe, & in prima eius ſpecie: Quod cum aduerſetur omni rectæ philoſophandi rationi, non eſt credibile Ariſtotelem, & Galenum id uoluiſſe. Quã quam ſi tua uerba ita intelligi poſſent, vt omnem morbi cauſam, & omnem morbum ſignificarent, non eſſet tamen uerũ id, quod doces, nempè Ariſtotelem voluiſſe omnem cauſam morbi eſſe in prædicamento qualitatis ſub habitu, ac diſpoſitione, & Galenum idipſum de omni cauſa morbi, ac de omni morbo ſenſiſſe. Nam quantum ad Ariſtotelem attinet, cum ipſe definiat morbum eſſe ametriam calidi, frigidi, &c. redigeret fortaſſe omnem morbum ad diſpoſitionem in prima qualitatis ſpecie, quia ametria diſpoſitio eſt, ſed omnes

morbi cauſas fortè nec ad qualitatem,nedum ad ipſius primam ſpeciem,quia accidentium generatio non fit neceſſariò à ſimili in genere,aut ſpecie,vt colligitur lib. 7. Metaph. 31.& lib. 12. 13. Quod ſi Gal.lib.de differ.ſymptom. cap. 1. aſſerit diſpoſitionem ſequi alterationem,libro autem 2. methodi 3. dicit alterationem eſſe paſſionem : nõ eſt,vt aliquis propterea intelligat diſpoſitionem ſequi alterationem tanquam cauſam, & primam qualitatis ſpeciem fieri ex tertia: quamquam ſi hoc tibi concederemus, tamen tuæ poſitioni non faueret, qua ſtatuis ex Ariſtotele, & Galeno omnem morbi cauſam eſſe in qualitate ſub prima ſpecie. Sed nec verum eſt, vt diſpoſitio ſequatur alterationem tanquam cauſam,neque hoc ipſo conceſſo ſequeretur diſpoſitionem fieri à qualitate: quia alteratio eſt paſſio, & hæc eſt motus paſſiuus: motus autem, ſi ſit cauſa, non eſt cauſa rei permanentis,qualis eſt diſpoſitio, niſi ſecundum accidens: immo per ſe eſt potius cauſa corruptionis, ut dicitur ab Ariſtotele inquarto phyſ. tex. 117. & 128. & explicatur à Doctiſſimo Gandauenſe lib. eodem quæſt. 26. Et quidem motum non eſſe cauſam qualitatum, veluti colorum, appoſitè explicauit Simplicius in prædicamento qualitatis dicens: *& nemo putet me dicere, quod mutatio ipſa præcedens, & motus efficiãt colores; ſed rationes colorum, quæ iam in natura conſtiterunt, efficiunt colores*:huiuſmodique rei declaratione facta, quam breuitatis cauſa omitto,concludit. *Quamuis ergo colores à paſsione fieri dicat Ariſt. nihil aliud dicere uult, quã corpora fieri apta ad receptionem talium colorum per paſsiones.* Ex quibus patet eſſe à veritate alienum, vt diſpoſitio alterationem tanquam cauſam ſequatur. Sed hoc etiam conceſſo non ſequi,vt diſpoſitio fiat à qualitate,poteſt facile declarari: quia alteratio, & paſſio non eſt qualitas, ...

ſignificat Ariſtoteles in prędicamento qualitatis his verbis,
›› *Quacumque igitur talium accidentium ab aliquibus paſsio*
›› *nibus difficile mobilibus, & permanentibus principium*
›› *ſumpſerunt, paſsibiles qualitates dicuntur*, & paucis inter-
›› poſitis: *quacūque uero ex ijs, quæ facile ſoluuntur, & ci-*
›› *to tranſeunt, fiunt, paſsiones dicuntur qualitates uero mini-*
›› *mè*. At contra aliquis hìc urgere poſſet, primum autoritate: quia Ariſt. paſsionem in prima qualitatis ſpecie reponit; deinde ratione dicēdo motum eſſe eiuſdem ſpeciei cum ſuo termino ad quem, alterationem uero eſſe motum ad qualitatem. Ideo quod ad rationē attinet, reſpondeo cum Auer. 4. phyſ. 9. in motu conſiderari formā fluentem, ſiue imperfectam, & fluxum formæ, motumque ratione formæ fluentis eſſe in genere eius, ad quod eſt motus, ratione fluxus continui eſſe in prædicamento paſſionis. Nā cum ratione fluxus continui motus dicat eſſentialiter ordinem ad mobile, & ſit actus entis in potentia, quatenus in ipſo mobili fit actionis agentis receptio, quæ paſſio eſt: licet intelligere, ut motus acceptus pro fluxu continuo paſſio dicatur, quamquam actionem ſimul comprehendit, quia in eo, quod mouetur paſſio conſideratur, & actio nō eſt in agente, à quo prouenit, ſed cū paſſione in eo, quod patitur, ut dicit Ariſt. lib. 2. de anima tex. 129. & ſeq. Igitur cū alteratio definiatur à Gal. 2. meth. 3. vt ſit paſſio, & motus paſſiuus; intelligi debet, ut ſit fluxus continuus: quo ſenſu iam conſtat ex Auer. motum non eſſe eiuſdem ſpeciei cum ſuo termino, & ex ijs, quæ paulo ante dicta ſunt, non eſſe cauſam ſui termini, & rei permanentis. Quare, quando arguitur: motus eſt eiuſdem ſpeciei cum ſuo termino, ſed alteratio eſt motus ad qualitatem, ergo alteratio eſt qualitas. reſpondetur, dicendo minorem eſſe ita intelligendam, vt alteratio ſit motus paſſiuus ad qualitatem, &

conſequenter acceptus pro fluxu continuo, quo ſenſu nō poteſt eſſe eiuſdem ſpeciei cū ſuo termino. Quod attinet ad autoritatem Ariſt. reponētis paſſionem in prædicamentis ſub tertia qualitatis ſpecie, augetur difficultas: quia etiam in 5. Metaph. tex. 26. paſſio dicitur qualitas, ſecundū quā alterari contingit, ut album, nigrum, dulce, & amarum, grauitas, & leuitas, & quæcunque alia ſimilia.

Pro ſolutione huius difficultatis, quæ maximorum virorum ingenia torſit, nō eſt aliquid præclarum à me hoc tempore expectandū, quo feſtinanter ſcribo. Sed ſi licet magnis parua conferre, meum interpónendo iudicium dixerim paſſionem accipi poſſe ſignificatione, vel generica, uel ſpecifica, & generica eam communem eſſe rei permanenti, atque mobili, ſpecifica denotare rem propriè, quæ eſt in motu. Igitur qualitates paſſibiles, & diſpoſitiones dici poſſunt paſſiones nomine generis, receptiones autem continuò ſuccedentes nomine ſpeciei adeo, ut valeat prædicatio paſſionis de omni paſſibili qualitate, ſed non è conuerſo paſſibilis qualitatis de omni paſſione, æquè, ac de diſpoſitione ſe habeat, quæ prædicatur de habitu, ac de diſpoſitione ita, ut omnis habitus dicatur diſpoſitio, ſed non è conuerſo omnis diſpoſitio dicatur habitus. Et ne diſtinctio allata uolūtaria uideatur, recurro ad Ariſtotelem, qui in Metaph. loco cit. dicit primò paſſionem dici qualitatem ueluti album, &c. quæ poſitionem habent; ſecundò eſſe operationes horum, & alterationes, quæ conſiſtunt in motu, & D. Thomæ explicatione ſunt prædicamentum, vt calefieri, & infrigidari, nempe paſsionis; tertiò eſſe non quaslibet alterationes, ſed nocuas; quartò non quomodocunque nocuas, ſed uehementer.

In quibus quis non uideat prædictorum modorum quartū, & tertium ad ſecundum redigi, veluti diuiſa alteratione in nocuam, & inuocuam, & relicta innocua, ſubdiuiſa ea, quæ

ſtat paſſionem dici communiter de qualitate permanente, ſecundùm quam alterari contingit, & de ipſa alteratione; quia cum quartus, & tertius modus prædicti cum ſecundo concurrant, Ariſtotelis diuiſio bimembris euadit, & oppoſita: nempe paſſionis tanquam generis in qualitatem permanentem, & in eam, quæ conſiſtit in motu. Cæterùm conſtat paſſionem propriè dici de alteratione, quia à ſubiecti alteratione denominatur aliquis patiens, & hanc ueritatem cognouit Gal. qui 1. de diff. ſympt. 1. 2. meth. 3. & 1. de loc. 3. docet paſſionem proprie ſignificare rem in fieri, ſed aliquando etiā rem factam. Igitur quando Ariſtoteles dicit paſſionem eſſe qualitatem, ſecundùm quam alterari contingit. reſpondeo eum accipere paſſionem non propriè, vt eſt motus, ſed in ſignificatione generica, in qua etiam Galenus intelligendus eſt, quum dicit febrem eſſe paſſionem, quia ſæpè, vereque docens eam eſſe intemperiem, quæ à paſſione propriè, & pro motu accepta differt, niſi uellet febrem genericè paſſionem eſſe, ſibi repugnaret; ex quo obiter colligere licet, vt ij, qui de febre cum Galeno agere profitentes, ipſam perpetuò uocāt paſſionem, traducant parùm aptè vocē de febre minus propriè pronuntiatam ad eius præcipuam, & propriam explicationem. Quando uerò arguitur, diſpoſitio fit ex paſſione, paſſio eſt qualitas; reſpondeo non ſequi diſpoſitionem, quæ qualitas eſt, fieri ex qualitate, quia diſpoſitionem fieri ex paſſione, & alteratione uerum eſt, ut paſſio accipitur ſpecificè pro motu, de quo non prædicatur paſſibilis qualitas. Et quando ex prædicamento qualitatis dicitur tertium qualitatis genus eſſe paſſibiles qualitates, & paſſiones, reſpondeo paſſionem, & alterationem dici qualitatem, nō quia uerè ſit qualitas, ſed quia qualitates paſsibiles paſsionibus conficiātur, & ſine ipſis nec eſſe, neque intelligi poſsint. Nam huiuſmodi rationem comprehendit Ariſt. loco Metaphyſ. citato, ij s verbis, *ſecundùm quam contingit alterari*: ſiquidem

ſecun-

ſecundum ipſam contingere alterari, vt Simplicius in prædicamentis, poſt multa non temere admittenda, mihi videtur exponere, infert qualitates paſsibiles circa paſsionũ motum ſubſiſtere, & paſsionibus compleri. Vnde idem Simplicius ante allatam expoſitionem dicebat, paſsionem dici qualitatem, quia qualitates paſsibiles, ſicut eſſe ſine paſſionibus nequeunt, ita nec intelligi, neque nominari ſine paſſionibus poſſunt. Quod ſi Simplicius addebat, paſsionem dici etiam fortè qualitatem: quia videtur paſsio eſſe aliquo modo imperfecta ſpecies paſsiuæ qualitatis: hanc rationem dixerim obiter non eſſe accipiendam. Quoniam aliud eſt, eſſe alicuius ſpecies, aliud ſine aliqua re nec eſſe, neque intelligi poſſe. Quod cum Franciſcus Mairo vir perſpicaciſsimus intelligeret, dicebat in prædicamento qualitatis, Ariſtotelem enumeratione quatuor ſpecierum qualitatis, voluiſſe non diſtinguere eſſentialiter ſpecies eius propriè ſumptas, ſed facere diſtinctionem quorundam eius modorum, quibus non repugnat coincidentia, vt ipſe loquitur, ideſt poſſe eſſe ſimul, quamuis uerè ſint diuerſi. Verùm vt redeam vnde abij: iam patet, vt ex Ariſtotelis ſententia, morbi cauſa non ſit neceſſariò aliqua qualitas, nedum prima qualitatis ſpecies. Idquè confirmari poteſt, conſiderando cauſas calidæ intemperiei cum Galeno ſub initio lib. de differ. sympt. Vbi inter cauſas calidę intemperiei recenſet motum, qui per multa prædicamenta vagatur: ſtipationem, quæ paſsio eſt rei ſtipatæ ab actione rei ſtipantis inducta: alimẽtum, quod ſubſtantia eſt. Quapropter loquendo de Galeni ſententia circa morbum, & morbi cauſas, vel ex loco proximè citato patet eum ſenſiſſe, vt cauſa morbi non ſolùm primam qualitatis ſpeciem excedat, verùm etiam ipſius qualitatis ambitum. Cum uerò ille aſſerit morbum eſſe diſpoſitionem, meo iudicio nec ita diſpoſitionem accipit, vt contrahat ad qualitatis primam ſpeciem ſed latius modo, quo ſupra dictũ

eſt cum ijs,qui morbi genus cẽſent eſſe analogum, à quibus non diſcedam,prius quàm ſolidè ſoluantur rationes,quibus Fabius Pacius omni doctrinarum genere, ac linguarum peritia cumulatus,ſingularique perſpicacia admirabilis,me ſibi arctiſſimo neceſsitudinis uinculo coniunctum in ea opinione confirmauit. Quod ſi genus ſanitatis, & morbi analogum eſt, & non dicit unam naturam omnibus analogatis communem; ſed ratione prioris,& poſterioris ad res genere diſtinctas diſtributam, ſanè tantum abeſt, ut ipſarum cauſę omnes poſsint eſſe qualitates, vt potius ſint genere inter ſe diſtinctæ, quia, vt dicit Auer. 12.Metaph. 28.rerum genere differentium cauſæ differunt genere,& cauſæ rerum differentium ſpecie differunt ſpecie,& cauſæ rerum differentiũ numero differunt numero.

Diſpoſitionem genus commune morbi, eiuſdemque ſpeciem abſurdè ſtatui. Cap. III.

IN aſsignanda priore cauſa ex tribus, quæ te trahebant in opinionem præclariſsimorum Philoſophorum, ac Medicorum dicẽtium ſanitatem,& morbum eſſe aliud quidpiam,quàm temperiem, compoſitionem, & unionem, afferebas primum uerba illa in ſuperiori capite diſcuſſa, *quia omnis cauſa, omniſque morbus ſunt in prædicamento qualitatis, ſub habitu, ac diſpoſitione, ut uult Ariſtoteles, & Galenus*, quibus cum adderes, *at uero numerus, & magnitudo ad quantitatem referuntur: ſitus uero ad propriam categoriam*, videbaris, vt ſupradicebam,comprehendere, licet ſubobſcurè, rationem, quæ oſtendat ad eſſentiam morbi, & ſanitatis conſtituendã aliquid requiri, quod commune prædicamento qualitatis, quan-

quantitatis, & ſitus morbos in his categorijs contingentes complectatur. Cuius rationis explicationem fortè aliquis à me deſiderauerit; ſed quia illa occaſionem ſuggerebat cuiuſdam animaduerſionis, quæ confuſa cum ijs, quæ ſuperius tractatæ ſunt, uidebatur obſcuritatem ſcribendi parere, libuit illam in hunc locum differre, in quo inſtituto meo inhærens, dum tuorum verborum robur iterum attendo, mihi videor talem argumentationem elicere poſſe. Morbi differentiæ ſunt plures, & diuerſorum generum, nam quamquã Ariſtoteles, & Galenus dicant morbum eſſe qualitatem, & diſpoſitionem, tamen videmus morbos contingere in quantitate, & in ſitu. Sed in bona definitione requiritur genus complectens omnes differentias, ergo in morbi bona definitione debet requiri genus, quod comprehẽdens omnes eius differentias, ſit commune omnibus prædicamentis, in quibus morbos eſſe contingit. In qua argumentatione animaduertere licet, te prioris propoſitionis probatione concedere qualitatem, & diſpoſitionem referre quoddam genus morbi. Nam proponis dubitando Ariſtotelem, & Galenum dixiſſe omnem morbũ eſſe in prima qualitatis ſpecie ſub habitu, ac diſpoſitione, ſed numerum, & magnitudinem ad quantitatem referri, ſitum ad propriam categoriam, quaſi dicas contra illos, non omnem morbum eſſe qualitatem, & diſpoſitionem; quia dantur etiam morbi in numero, & magnitudine ad quantitatem attinentes, & morbi in ſitu, qui ad ſuũ prædicamentum rediguntur. Sed patet hoc eſſe dicere, vt aliqui morbi ſint qualitas, & diſpoſitio, & conſequenter vt ipſæ conſtituant quoddã morbi genus. Quo fit, vt in concluſione colligas quærendũ eſſe genus morbi cõmunius. Igitur cum ſtatim dicis iſtud genus cõmunius eſſe diſpoſitionem, hanc autem accipias, prout eſt qualitas, facis qualitatem eſſe genus communiſsimum morbi, cuius ipſam eſſe tantùm

propoſita ea prætcrea ratione augetur, quia quando diſpoſitio, quæ qualitas eſt, ſtatuitur genus etiam morborum, qui in quantitate, in ſitu reperiuntur, prædicamenta uidentur euadere permixta; quod ſi aliquo modo uerum eſſe excogitari poſſit, ſanè ad uitandum abſurdum, tua eſſet eiuſmodi modum explicare, ſicut ſuo loco fecit Montanus noſter, qui licèt reſpiciens uniuocationem generis morbi, confugiat malè ad illam Simplicij qualitatem omnia genera occupantẽ: tamen certa laus illi debetur propter conatus adhibitos in perfecta rerum, quæ dubitationem faciebant, diſſolutione. Sed reliqua, quæ à te ſubiunguntur, proſequamur. Nam quærenti quid ſit illud aliud quidpiam, de quo iam ſatis, cum reſponderis, diſpoſitionem eſſe uiuentis corporis, ſtatim addis, *quòd omnis morbus διάθεσις quædam ſit cum ſua potentia ad operationes perficiẽdas, omniſq; ſub prima ſpecie continetur qualitate (quãquã legendũ conſtet, qualitatis) habitu ſcilicet atque diſpoſitione, ſub quo etiam continetur morbus illi contrarius*: in quibus uideris uelle arguere à cõtrario, ſanitatem eſſe diſpoſitionem, quia omnis morbus διάθεσις quædam ſit: & id ſubſequentia ſtatim uerba aſſerentia ſub eodem genere contraria reperiri, te facere indicant. Quod ſi aſſequereris, factum eſſet imitatione Galeni qui initio lib. de differ. morborum inuento ſanitatis eſſentiã eſſe naturalẽ omnium partium corporis conſtitutionẽ, ſiue
„ operationum cauſã, inquit, *at ſi hoc eſt ſanitas, eius profectò*
„ *contrarium erit morbus, vel conſtitutio præter naturam,*
„ *aut læſæ operationis cauſa.* Sed tua verba illud, quod uelle videris, non rectè aſſequuntur. Quia quamquam uerum ſit, ut omnis morbus διάθεσις quædam ſit: tamen quę ſubdis, *cum ſua potentia ad operationes perficiendas*, attinent potius ad ſanitatem. Quia morbus potius priuationem na-

turalis potentiæ,& aptitudinis ad operationes, quàm ipſam potentiam,& aptitudinem comprehendit. Sequeris inferendo; quia uita ſit actio uiuentis,& viuens dicatur id, quod operetur,intelligendum eſſe ſanitatem ita eſſe diſpoſitionem uiuentis corporis, ut comprehendat naturalem potentiam, & hoc recte facis,ſed eodem medio conſequitur,ita ſanitatẽ eſſe diſpoſitionem,vt etiam comprehendat actualem operationem. Quia definitiones,in quibus aſſumitur actus, ueræ ſunt de actu ſecundo,& de actu primo,ut oſtenditur ab expoſitoribus Ariſtotelis definientis animam eſſe actum primum corporis phyſici, organici. Ideo debuiſſes, non potentiam ſolam agendi in uiuente exinde colligere, & deinde actualẽ operationem ita diſtinctè proponere,vt uideatur quaſi alium de in uiuente deriuare,ſed utramque,& ſimul proponere,& ſimul eodem medio concludere. Quare ſi hac in re nihil aliud,certe clarior docendi modus deſiderari poſſe uidetur.

In ſanitatis definitione malè fieri tum ſymmetriæ, tanquam cauſæ mentionem,tum differentiarum expreſſionem; ſanitatis definitionem aliam eſſe, & à Medico non conſtrui. *Cap. IIII.*

ASſignato tanquam ſanitatis genere illo aliquopiàm, quod uiſus es non Galeno, ſed quibuſdam præclariſſimis Philoſophis, ac medicis tribuere,addita differentia,& quibuſdam aliis conditionibus explicatis, colligis ſanitatis definitionem hunc in modũ. *SANITAS eſt diſpoſitio uiuentis corporis bonas actiones efficiens ob ſymmetriam primarum qualitatum,& rectam organicarum partium compoſitionem.* In qua definitione uideris diſpoſitionem à ſymmetria diſtinguere,quia hæc cau-

latinè, ob,& propter, conuerſa; cauſam ſignificat, vt indicat Ariſtoteles lib. 1. poſt: vbi de quarto modo dicendi per ſe lo-
" quens ait, *quando eſt propter ipſum, eſt per ſe, quando au-*
" *tem non eſt propter ipſum, eſt ex accidenti*, tamen ametria
" eſt differentia, aut conditio addita generi, ex qua, & ex gene re fit vnum per ſe. & quæ certe ſi diſtingui deberet, nullo modo cauſa foret ſtatuenda, quia quod poſterius eſt, non po teſt eſſe cauſa prioris cum cauſa antecedat cauſatum ſaltem natura. Vnde ametria tanquam poſterius aliquid deberet po tius contra referri in diſpoſitionem, tanquam in cauſam, vt de illa facere cõtenderunt Chriſtophorus Vega, & Thomas Eraſtus, quibus uidebatur excellens calor eſſe non ametria, & mala proportio in temperie quatuor qualitatum, ſed eſſe cauſa cur inter illas mala ſit proportio. Tamen neque id rei ueritati eſt conſentaneum, quoniam ſanitas corporis eſt me diocritas, & æqualitas quædam, morbus uero exceſſus, & de fectus; ſicuti virtus animi mediocritas quædam eſt, vitia ex-ceſſus, & defectus; ſed uirtus ita eſt mediocritas, uitia ſunt ita exceſſus, & defectus, vt illa non ſit ſymmetriæ cauſa, ſed ipſa ſymmetria, hæc non ſint cauſæ ametriæ, ſed ipſa ametria, ſi-cuti intelligere licet apud Ariſtotelem 2. Nicomachiorum cap. 6. Igitur calor moderatus, & ſymmetria idem ſunt, idé-que calor excedens, & ametria. Cæterum ex Metaphyſ. declarari poteſt, vt moderatio, & immoderatio à diſpoſitio-ne non differat, quod cum fuerit exquiſitiſſimè factum ab a-liis, nolo hac in parte actum agere: uerùm exercitationis gra tia tentabo ex rei natura definitionem ſanitatis, & morbi eli cere, vt ueluti curuum ex recto dignoſcitur; ita ex illa perci-piatur falſum eſſe, vt ſymmetria, & ametria ſint à diſpoſitio-ne diſtinctæ, & ſe habeant ad ipſam tanquam cauſæ ad cau-ſatum. Igitur indagaturus ſanitatis, & morbi definitionem, quorum utrumque accidens eſt, mihi uideor facturus operæ

pretium,ſi ante omnia animaduertero, aliud eſſe cõſiderare definitionem ſubſtantiæ, aliud definitionem accidentis. Nam ſubſtantiæ definitio uerè definitio eſt, accidentis autẽ nõ uerè,ſed quodam modo, vt loquitur Ariſtoteles, & per additamentum fieri dicitur. quia in eius definitione non ſo la eſſentia exprimitur, ſed ſubiectum quoque additur, tanquam condicio neceſſaria, ſine qua accidentis eſſentia, nec eſſe,neque intelligi poteſt. Præterea cum ſingula definitio dicatur conſtare ex genere, & differentia; notandum eſt ex Auer. primo poſter. 31.& 8. metaph.6. in definitione accidentis partem materialem differentiæ uicem gerere,partem formalem vicem generis, contra omnino,ac in definitione ſubſtantiæ ſe habeat,& materialem quidem eſſe ipſam ſubſtantiam ſubiectam,formalem eſſe modum eſſendi accidentis,ideſt inhærentiam,ſiue inexiſtentiam, quæ talis accidentis talis erit,puta ſanitatis tẽperatura,vel diſpoſitio,vel ſtructura,uel compoſitio naturalis. His addo nominis cognitionem antecedere omnem aliam, & illã ſine cognitione generis, vel propinqui, uel remoti haberi non poſſe. & quoniã genus latius patet quàm res ipſa,non ſufficere ipſum genus ad nominis ſignificationem declarandam, niſi aliqua differentia ipſum coarctans addatur, quæ eſt ſubiectum. Et hanc nominis explicationem aliquando eſſentialem definitionem appellari conſtat. ab Ariſtotele 2. poſter.44. nominalem,ab Auer. 1.poſt.64. imperfectam, quia cum eſſentia accidentis pendeat ab externa cauſa, quando ad quæſtionẽ quid eſt reſpondetur eiuſmodi definitio, animus ſapiẽtis nõ acquieſcit, niſi cauſam quoque eſſentiæ noſcat. Quo fit, vt ad perfectiſſimam accidentis definitionem requiratur cauſa inhærentiæ formæ in materia: de qua cauſa ſi quæratur,quę nam ſit,conſiderandum eſt cuncta accidentia egere quidem ſubiecto, vt ſint, quia eorum eſſe eſt ineſſe, ſed alia emanare

vt colligitur 2. de anima 36. & 8. phyſ. 32. alia ab eadem ſubiecti forma habere tantùm potentiam quandam patiendi, ſed præterea ab externa aliqua communi cauſa pendere, veluti pütredinem ab aere ambiente, & morbum à ſuis cauſis, & quicquid priuatio eſt, & illa quidem, quæ emanant à forma ſubiecti, non omnia immediate ab illius forma prodire, ſed aliqua mediatè, & ordine quodã. Vnde talium accidẽtium prima radix, & prima cauſa eſt ſubiecti forma, non tamen immediata, & proxima; quò fit, vt, cum rei cognitio à cauſa remota non pendeat, neceſſarium ſit eiuſmodi accidentia aliorum accidentium interuentu cognoſci. Sed ad ſanitatis cognitionem, quæ dicta ſunt applicemus. Cum definitio nominis præcedat perfectiſſimam definitionem, & genus ſumatur loco nominis affectionis cognoſcendæ, intelligẽdum uenit primò genus ſanitatis, quod Gal. communi notione inueſtigans initio lib. de differ. morbor. ſtatuit eſſe compoſitionem, ſtructuram, ſiue diſpoſitionem: ſi quidem logicæ peritiſſimus quid nominis inquiſitione, genus expoſuit, quod cum debeat coarctari differentia, manifeſtum iam eſt differẽtiam peti à ſubiecti natura. At diſpoſitio communis eſt tam animatis, quam inanimatis, ſanitas uero animantium duntaxat eſſe dicitur. Quamobrem differentia erit corpus animatum, ſiue uiuens, & ſic formata erit definitio ſanitatis eſſentialis à logicis, ab Ariſtotele nominalis, ab Auer. imperfecta nũcupata, vt ſupra dicebatur; Reſtat pro perfecta definitionis conſtructione, expreſſio cauſæ, quæ ex una parte uidetur eſſe forma ſubiecti. quoniam ſanitas eſt temperies, quæ eſt effectus immanẽs, & defluens à forma ſubiecti intus, & per emanationem agente ad diſtinctionem externi efficientis, vt intelligere licet apud Auer. 1. poſt. com. 34. id eſt agẽte ſine alterius accidẽtis interuẽtu, ex altera parte forma nec agit, neq; ſubiectũ afficit, niſi determinetur à proprio fine, quã ob rẽ in omnibus finem habentibus cauſa uera uidetur eſſe ip-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ſe finis, ſeu mauis dicere forma à fine determinata; proinde in definitione ſanitatis ſumenda eſſe videtur cauſa finalis, nẽpe functio naturalium operationum, cum natura ipſarũ gratia ſanitatem, & ſymmetriam in corporibus inſtituat, vt docet Galenus 2. meth. 3. dicens omnes primùm, & maxime indigere actionis ſecundum naturam, propter actionem uerò, etiam ſanitatis, cuius definitio ex ijs, quæ dicta ſunt, erit diſpoſitio uiuentis corporis operationes naturæ conuenientes efficiens, in qua definitione apparet ſymmetriam nõ poſſe eſſe cauſam, cum non ſit forma corporis uiuentis, nec finis determinans ipſam formam. Quod ſi Galenus dicit ſanitatem eſſe ſymmetriam, & aliquando dicitur ſymmetria caloris, ſitus, magnitudinis pro ſanitate ſimilarium, & organicarum, ſanitas autem ipſa eſt finis, & ſcopus artis Medicæ: non eſt propterea credendum ſymmetriam in allata definitione poſſe finis loco aſſignari, ideſt finalis cauſæ: quia Medicus accipit ſanitatem, vt cauſam, & actionem, vt effectum, cũ conſideret actionem, vt ſeruandam, aut reſtituendam, ſeruetur autem, aut reſtituatur unumquodque à ſuis cauſis, & cũ ſic ille accipiat ſanitatẽ, de ipſa quod ſit, & quid ſit à naturali declaratum, non tanquam demõſtrationem, ſed tãquam ex demonſtratione elicitum ſupponit: quo fit, ut ſanitatem definitam aſſumens pro principio, ab *ἐννοίᾳ*, vt Galenus Græcè loquitur, initium artis deducat. ideſt, ut Leonicenus rectè exprimit, à fine noto, mente concepto, & deſiderato procedat primùm ad generanda principia, quibus finis extra animam obtineatur, deinde ab ipſis ad finem extra animã actu conſequendum. Circa quos proceſſus uerſando ſicut notare poſſumus, vt illorum prior vocetur intellectio ab Ariſtotele lib. 7. Metaph. 23. & ſit methodus reſolutiua: poſterior appelletur effectio, & ſit methodus compoſitiua: ita manifeſtũ eſt, vt eorum nullus talis ſit, qui ſola poſitione differat à ſanitatis definitione quia in ipſa diſpoſitio habet locũ generi-

corpus animalis, ſiue hominis locum differentiæ, functio actionum locum cauſæ, nempe finalis. In illorum uerò priore notio finis, quatenus reſpicit motionem animæ, uidetur pertinere ad genus cauſæ efficientis, vt bene notat Gandauenſis ad calcem quæſtionis x. lib. 2. phyſ. quatenus reſpicit eorum generationem, quæ ad finem extra conſequendum con ducunt, uidetur pertinere ad genus cauſæ finalis, vt apertè colligitur lib. 2. phyſ. 29. In illorũ poſteriore ea, quæ ad finẽ conducunt, uicem cauſæ gerunt, finis ipſe actu productus vicem effectus. Quam ob rẽ apparet, vt ſanitas, vel ſymmetria, numquam actio apud artificem ſit cauſa finalis, & cõſequẽter vt artifex ſanitatem non definiat. quia ille conſiderat actionem, ut effectum: in ſanitatis autem definitione actio tã quam cauſa finalis reponi debet, vt ſola poſitione differat à demonſtratione, quam facit ſcientificus demonſtrans de cor pore animalis, vel hominis naturalem diſpoſitionẽ per mediam actionem. At præter quam quod in ſanitatis definitione abs te allata uideris intelligere ſymmetriam eſſe cauſam ſanitatis, quod nullo modo concedi poſſe uidimus, exprimis etiam apertè ſanitatis differentias dicendo, *ob ſymmetriam primarum qualitatum, & rectam organicarum par tium compoſitionem;* propterea obſeruari poteſt te id efficere potuiſſe duabus de cauſis, vel uenandi gratia partes defini tionis ignotas, vel ad numerum ſpecierum cognoſcendum. Sed partes definitionis ignotæ à Platone ſatis in primo de partibus animalium refutato, & deinde ab Euſtratio inueniri dicebantur per ſummi generis diuiſionem in proximas ei differentias, & deinde in alias, quo certè modo tu non progre dieris. Igitur reſtat te in ſanitatis definitione eius differẽtiarum mentionem feciſſe pro numero ſpecierum cognoſcẽdo. Tamen nec in hoc laborare debebas. Quia numerus ſpecierum in quæſitis ſcientialibus non enumeratur ab Ariſtotele

in

in principio 2.lib.poſt. & eſt quiddam conſequens ipſarum ſpecierum cognitionem,ſiue diſtinctam,ſiue confuſam; quo factum eſt,vt Galenus initio lib.de differ.morb. afferẽs morbi, & ſanitatis definitionem,omiſerit ſpecierum mentionẽ, & 1.meth.cap.3.& cap.5.dixerit differentias, & ſpecies rerũ non eſſe expreſſas in definitionibus,ſed ex ipſis colligi.

Morbi definitio explicatur,& notatur Ariſtotelis ſingularis locus aduerſus cauſam continentem in morbis. *Cap. V.*

OCcaſione conſiderandi ſanitatis definitionem abs te allatam,verſatus ſum in ſuperiori cap. circa ea,quæ affinitate quadã multa ad morbi naturam attinentia mihi in mentem reuocarunt; ideo cum exercitationis ratio quædam id poſtulare uideatur,non ſinamus ſilentij tenebris inuoluta remanere. Quod attinet ad morbum,cum ſit ſanitati contrarius,& contraria eodem ſub genere reponantur,& in eodem ſubiecto apta nata ſint uerſari; erit ille quidem ametria corporis humani. quia ſanitas eſt eiuſdem ſymmetria. ſed cũ morbus ſit priuatio,nõ pendebit à fine,quia eſt potius fruſtratio finis. Quare in eius definitione alia cauſa quærenda eſt, quæ ſi finis non eſt,alia eſſe non poteſt,quàm una ex tribus alijs à fine diuerſis, quarum tamen nullam eſſe de morbi eſſentia intelligimus,conſiderando vt morbus,cum ſit quid factum, non poſſit habere cauſam efficientem; quæ eſt principium unde motus.& ſi cauſam ille materialẽ haberet,vel huiuſmodi cauſa eſſet materia in qua,ideſt corpus ipſum,in quo dicitur morbus eſſe tanquam in ſubiecto adæquato,uel eſſet materia,ex qua nuncupata, de quarum priore loquendo,nulli dubium eſt,vt morbus,cum ſit accidens,egeat ſubiecto, ſed hoc modo,& morbus, & omnia accidentia ſubſtantiam habebunt

cauſam materialem ſatis impropriè. quia cauſa materialis eſt, ex qua inexiſtente fit aliquid, ſubiectum autem nullo modo inexiſtit accidentibus, ſed eſt quid externum, & accidenti additum, vt dicitur ab Ariſtotele in metaphy. De poſteriore materia, ex qua appellata, maior eſt difficultas: quia in aliquibus morbis veluti in tumoribus præter naturam manifeſtè reperiri uidetur. Tamen generaliter loquendo uerum eſt accidens eſſe rem quandam ſimplicem, non compoſitam ex materia, & forma, ſed potius formam quandam accidentalẽ: qua de cauſa materiam non habet inexiſtentem, quã ſi quidam morbi habere uidentur, fortè uere habent, dum fiunt, ſed cum facti ſunt, illa rationem materiæ ab Ariſtotele 2. phyſ. tex. 28. allatam, & uerbo *fieri* expreſſam amittit. quia tunc non eſt amplius cauſa, ſed pars rei factæ, vt dicitur apertiſſimè 7. metaph. 23. & 24. quos textus miror conniuẽtibus oculis prætermiſſos à nõnullis, qui cauſam cõtinentẽ in morbis aſtruunt. Quare morbus, vt quid permanens, cauſam materialem non habet. Relinquitur quærendum, num formalem habeat. At quam formam habere poteſt res priuatiua, cuiuſmodi morbus eſt, ſi priuatio eſt formæ oppoſita? Equidem ſi illa formam aliquam habeat, fortè etiam dici poteſt, vt non habeat propterea cauſam: quia forma in Metaphyſ. non dicitur eſſe uera cauſa, ſed potius res ipſa, cuius eſt quidditas. Quocirca fatendum eſt, morbum nullum uerè habere genus cauſæ, ſubinde eius definitionem poſſe nominalem tantùm conſtrui ex genere, & differentia ſine cauſa. Tamen cum ſit priuatio, & potentia quædam à Scoto fortè uocata inhærentia aptitudinalis, uidetur ex hac parte habere ſaltem cauſam remotam poſitiuam in eius definitione aſſumendam ad Ariſtotelis imitationem, qui in definitione putredinis ambiens ſumpſit. Et quidem eiuſmodi cauſam eſſe id, quod mouet ſecundum qualitatem, & quantitatem, puta indebitam, colligitur primo de ſanitate tuenda cap. 15. vbi Galenus cau

ſas,à quibus morbi auſpicantur,tres eſſe docens, nempe ad-
,, mouenda,facienda,& foris incidentia, ſubdit: *an uero rectè*
,, *tribus prædictis cauſarum generibus ſimul diuiſa ſit (ſcili-*
,, *cet cauſarum materia) non facilè dixerim : cum melius for-*
,, *taſſe ſit admouendis,faciendis,& foris incidentibus altera*
,, *ri,immutarique corpus dicere,mutationem uero,aut in qua*
,, *litate fieri,aut in quantitate*,& quæ ſeq. Sed cum talis cau
ſa ſit communior ipſo morbo,quia ipſa efficere poteſt quali
tatem,& quantitatem,ſiue hæ ſint morbi,ſiue non ſint: ſunt
autem morbi non abſolutè qualeſcunque, & quantęcumq;
ſint,ſed ſolum determinatæ per relationem ad naturalē ſta-
tum,& operationem: ſanè non debet talis cauſa in morbi
definitione aſſumi, quia cauſæ,quæ definitiones ingrediun-
tur,non poſſunt ipſis effectibus latius patere. Quamobrem
nullo modo cauſa ſumetur in definitione morbi, niſi quate-
nus morbus priuatio eſt,& ſanitati, vt habitui,opponitur.
Siquidem cum contrariorum contrariæ ſint definitiones, &
ſanitas per cauſam finalem potiſſimùm definiatur, ip-
ſe etiam morbus quadam eiuſdem cauſę mentio-
ne poterit definiri ita,ut ſit diſpoſitio uiuen
tis corporis lędens primò operationeſ
naturæ conuenientes. In qua
definitione additur uox
primò ad differen-
tiam cauſarum,
quę
actiones lædunt,ſed non primò. quia definitio debet
eſſe conuertibilis cum definitio,cuiuſmodi non
eſſet ea uoce *primò* non addita.

Symmetriam attinere ad partem formalem ſanitatis, tamen ſanitatem ratione proprię formæ non eſſe in prædicamento ad aliquid collocandam, & vocem quodammodo *uſurpari ab Ariſtotele pro* minus propriè.

TAnta eſt ueritatis vis, vt quo magis aliquis conetur illi tenebras offundere, eò magis illam claram reddat. Siquidem tu cum uidearis in ſanitatis definitione abs te allata, & iam à nobis diſcuſſa, innuere ſymmetriam eſſe cauſam ſanitatis; tandem tamē aſtruis ſanitatē ratione formæ, propriæ uè quidditatis, quæ relatio eſt, in prædicamento relationis contineri ita, vt cū ſanitas non referatur, niſi quatenus eſt ſymmetria, colligatur ex te ipſo ſymmetriam attinere ad propriam ſanitatis quidditatem, & ad formam, quæ genus erat, nempe diſpoſitio. quod etiam ſatis probatur per ea, quæ duobus poſtremis ſuperioribus capitibus à me tradita ſunt. Nam excluſa ſymmetria in ſanitatis definitione à parte cauſæ, & a parte differentiæ, quid reſtat aliud, quàm ad partem generis pertinere poſſe? Sed quamquam uerum eſt, vt ſymmetria non diſtinguatur à parte formali ſanitatis, non ſequitur propterea ſanitatē ratione propriç quidditatis, & formæ in prædicamento ad aliquid reponi debere. Primò quia ſanitas formaliter nō eſt ipſa ſimplex ſymmetria, ſed fundamentum cum relatione, nempe diſpoſitio ſymmetra, quod arbitror te decepiſſe; ſymmetria autem eſt ipſius formæ affectio, & condicio, à qua ſola non licet argumentari tanquam à forma. Secundò quia dato, & non conceſſo ſanitatem eſſe ad aliquid ratione formæ, ſequeretur eam eſſe propriè relationem, cum res eatenus ſint, quatenus per formam conſiſtunt. tamen, vt ea impropriè ſit relatio, percipitur in metaph. vbi Ariſtoteles ait illa propriè dici ad aliquid, quæ ſunt alterius; illa, quorū altera

ſunt,impropriè ad aliquid dici. At ſanitas eſt ad aliquid, quia ſymmetria eſt rei ſymmetræ: calor enim ſecūdū naturam dicitur ad aliquid, ſcilicet moderatus: quia moderatio eſt ipſius caloris,non quia calor ſit moderationis. Igitur dici non poteſt,ut ſanitas ſit propriè,& formaliter relatio, quod tù quoque ſignificare videris,dicens, *ſi quiſpiam igitur ex me quæreret an ſanitas, & morbus ſint relationes: reſponderem cum Ariſtotele quodammodo relationes eſſe:non autem ſimpliciter*,& quæ ſequuntur. Profectò ſi ſanitas, & morbus ſunt relationes quodammodo,intelligendum eſt,eſſe relationes minus propriè. Nam Ariſtoteles 7.metaph. 14. proponens conſiderandum, an definitio, & ipſum quid eſt, multipliciter dicatur,ſubiungit. *Etenim ipſum quid eſt uno quidem modo ſubſtantiam,& quod quid ſignificat,alio uero ſingula eorum,quæ prædicantur,quantitatem, & qualitatem,& quæcumque cætera talia ſunt. Quemadmodum enim,& ipſum eſt,ineſt quidem omnibus,non tamen ſimiliter,ſed huic quidem primò,illis uero conſequenter; ita, & quodquid eſt ſimpliciter ſubſtantiæ,cæteris uero quodammodo*. Et 5.phyſ.19. cum declaraſſet in quot prædicamentis eſſet motus, & quomodo in ſingulis nominaretur, adiecit, *quæ autem eſt in eadem forma mutatio in magis,& minus, alteratio eſt. Quæ enim ex contrario eſt in contrarium, motus eſt,aut ſimpliciter,aut aliquo modo*. quibus locis luce clarius apparet Ariſtotelem uſurpare uocem *quodammodo* pro *minus propriè*,idque cum verùm ſit,patet,te fateri cum Ariſtotele,ſanitatem non eſſe propriè relationem contra ea, quæ ſuperius pronuntiabas,aſſerendo ſanitatem ratione propriæ quidditatis,quæ relatio eſt,eſſe in prædicamento ad ali

Futurorum præuiſionem non eſſe in definitione ſapientiæ comprehendendam, eſſe donum gratiæ, omnem noſtram præuiſionem eſſe incertam, & ſapientiam non circa omnia cum ratiocinatione uerſari. Cap. I.

QVæ de humana ſapientia dicis in epiſt. 2. uidentur multas pati difficultates. quia illam definis eſſe virtutem quandam rationalē, qua prævidere ſolemus futura, & adhibita ratiocinatione inuenire media ad finem cōſequendum accommodata. Ariſtoteles verò lib. 7. Ethic. ait eſſe rerum præſtantiſſimarum natura ſciētiam, & intellectum, & ſapientem cognoſcere non ſolū, quæ ex principiis ſunt, ſed etiam circa principia uerum dicere. Quãobrē Euſtratius, & alii viri docti per ſapientiã humanã contradiſtinctam ab aliis habitibus intellectus intelligunt metaphyſicam, cuius non poteſt eſſe proprium præuidere futura: quia futura eſſe, & non eſſe poſſunt; vt notauit Ammonius in lib. 1. Perihermi cap. 8. vbi, cum dicat Ariſtoteles in ſingularibus, & futuris non eſſe neceſſe, vt una pars determinatè ſit uera, altera falſa, Ammonius vult uoce *futuris* comprehendi contingentiam. At ſcientia eſt rerum neceſſariarū, ideſt exiſtentium, vt dicitur 2. poſter. ultimo, non earum, quę non ſunt. Igitur cum ſapientia humana ſit natura ſcientia, non poteſt eſſe prædita futurorum præuiſione, quæ ſi uideatur poſſe nobis conuenire, quatenus ex antecedentium, & ſubſequentium cauſarum quadam cognitione, quaſi proſpicimus effectuum neceſſarium euentum, eatenus tamen uerè non conuenit. Quia effectus non cognoſcuntur ſcientificè, vt futuri, ſed vt conſeruantur in ſuis cauſis, ac ſi eſſent actu: & quamquam à ſuis cauſis neceſſario dependent: tamen mens humana, concipere eos non poteſt ſub ea ratione, vt tanquã neceſſario futuros, determinatè præſciat. quia cum ſint ſingu-

lares

ſares contingentiam ſortiuntur,& antequam ſint, ſunt indif ferentes ad eſſe,& non eſſe. Quo fit,vt de ipſorum exiſtentia affirmatio,uel negatio determinata dicatur à D. Thoma do num gratiæ. qui 2.2: quæſt. 17. artic. 2. ad tertium, ait donũ gratiæ eleuare hominem ad aliquid ſupra naturam, quò ad ſubſtantiam actus,velut miracula facere, & præuidere futura. & à Theologis Chriſtianis tribuitur Deo Benedicto præ ſcientia omnium rerum ab æterno ita, vt neceſſariò futuris nullam neceſſitatem imponat,ſed ea cognoſcat futura neceſ ſaria,& contingentia futura contingentia. Et Auer.in 4. diſputatione pronuntiauit,quemlibet Prophetam eſſe ſapientem,ſed non quemlibet ſapientem eſſe prophetam. quia cognitio futurorum agitur modo eminentiſſimo, qui iure nobis competere nõ poteſt. Quid uerò,ſi nos interdum aliquid diuinemus,dicendum eſt? vt vel ſorte ducamur,uel obſerua tione rerum euentus, vel ſpeculatione cauſarum : nullo tamen dictorum modorum propriè præſciamus. nam hoc patere poteſt conſiderando ſatis phyſicè omnem noſtram præ dictionem redigi ad temperamentum corporis, ad experimentum,& artem,atque ad ſcientiam. ſiquidem quo ad cor poris temperamentum melancholici uidentur aliquid diuinare,ſed ut traditur in lib. de diuinat. per ſomnium,quemad modum illi,qui multas eijciunt ſagittas,ſcopum aliquando attingunt,& qui aſtragalis ſæpè ludunt, venerem aliquando colligunt,ita ij,qui multa ſomniant, & iugiter conſiderant, vt faciunt melancholici,aliquando ueritatem uaticinantur: ad quam prædicendi rationem uidetur ea pertinere,quæ Sybillæ antro traditur à Vergilio his verſibus.

At pius Aeneas arces,quibus altus Apollo
Præſidet,horrendæque procul ſecreta Sybillæ,
Antrum immane petit; magnam cui mentem,animumque
Delius inſpirat vates,aperitque futura.

quidam conſulebatur. Et enim ſi animaduertamus eiuſmodi uim relatam eſſe à Pauſania in halitum, qui è cauerna illa expirabat, vix intelligi poteſt, vt halitus alia ratione id efficeret, quàm quia temperamentum, & ſpiritus Trophonij agitando, concitaret eum ad multa imaginanda, & effutienda, quorum aliqua fortè ueritati conſentanea contingerent. Qui verò rerum uſu periti ex antegreſſorum, & ſubſequentium effectuum obſeruatione aliquid futurum diuinantur; patet, vt coniecturali ratiocinatione procedentes verſentur circa particularia, quæ eſſe, & non eſſe poſſunt: at præuiſio, & præſcientia reſpicit quidem res temporales, & futuras, ſed ſentẽtia D. Thomæ lib. 1. ſent. diſtinct. 35. in expoſitione tex. ſupponit etiam ipſarum certam cognitionem. quo fit, vt quo ad nos implicet contradictionem, ſcire futura, & certã ipſorum habere cognitionem: cum cognitio certa neceſſariorum dumtaxat haberi poſſit, futura autem contingẽtiam ſortiantur; quam non attingit ſapiens, qui 2. poſt. vlt. dicebatur conſiderare res, vt ſunt, ad artificis diſtinctionem, qui circa ea, quæ non ſunt, verſatur. Quo uerò ad Deum omnipotẽtem non implicat contradictionem, habere certam cognitionem futurorum. quare horum præuiſio nobis competere nõ poteſt, niſi ſumpta pro coniecturali, & artificiali quadam ratione, quæ à ſapientia eſt omnino diſtincta. Cæterùm cum Sapiens circa principia uerum dicat, non ratiocinatur de illis, ſed intellectu prima principia tam incomplexa, quàm cõplexa cognoſcit ſine certioribus, & notioribus. vnde dicuntur principia eſſe ex ſe nota. Quamquàm enim auxilio ſenſus ea offeruntur intellectui, tamen ſenſus auxilium non eſt ratiocinatio, ſed origo cognitionis, & inſtrumentum, quo mẽs excitatur ad cognoſcendum ſua acie veritatem eſſe de ratione illorum, & ad illis aſſentiendum. Quamobrem ſapientiæ non eſt propria, & inſeparabilis condicio, inuenire ratiocinatione media, quæ fini conſequendo conueniant, cum id illi

ſemper, & omni nõ competat. Immò ſi perpendamus finẽ ſapientiæ eſſe cognitionem, apparet, vt inuenire media ad cognitionem conſequendam, ſit uerum dicere circa principia, ideſt ſenſus auxilio, finem conſequi, ſed abſque ratiocinatione: quia ratiocinatione vti, eſt à principiis iam inuẽtis, & notis ad concluſionem ignotam procedere, ſicut facit ſcientia, quæ cum ſit altera ſapientiæ pars, vt rectè notauit Euſtratius com. in 6. Ethic. facit, vt ſapientia ſit ſolum cum ratiocinatione quatenus eſt ſcientia, non quatenus inuenit media ad cognitionem; & cum talia media inueniantur ſenſus auxilio ab acie mentis, dicere ſimpliciter ſapientiam inuenire ratiocinatione media ad ſuum finem, implicat eam fallaciã, qua arguere à parte ad totum non licet.

Vrinam, & alia excrementa malè ſtatui naturalis facultatis operationes, & locum cap. 13. lib. Galeni de ſanguinis miſſione ab Augenio peruerſè citari. Cap. II.

EPiſtola tertia de viribus ſcribis, quæ partim Galeni doctrinæ conſentiant, partim falſa, & manca videri poſſint. Ais enim primo, *virium nomine intelligimus facultates, quibus totum regitur corpus, animalem ſcilicet in cerebro, vitalem in corde, naturalem in iecinore conſtitutam*, quę reſpondent traditis à Galeno 9. meth. cap. 10. deinde, *quæ prout fuerint ualidæ, aut imbecillæ uacuationem admittunt, aut impediunt*, non aliena ab ijs, quæ 9. meth. c. cit. & ſeq. & com. 45. in primum de ratione vict. docẽtur. præterea addis, *Robur uero, atque imbecillitatẽ cognoſcimus ex proprijs operationibus*, utique Galeno conſentiens primo de facult. natur. cap. 4. ſed in propriis dictarum

turalis ſunt,deſcendis,dicis cognoſci naturalẽ ex concoctio ne,vrina,excrementis; quaſi vrina, & excrementa ſint eius operationes,quod eſt falſum. Quia verum eſt, pro noſtrorũ corporum incremento,& ſubſtentatione quantum fieri poteſt moliendis,neceſſariam eſſe continuam nutritionem,iſtã que eſſe aſſimilationem eius,quod nutrit,ad id, quod nutritur,ſed cum nullum alimentum rei nutriendæ ſimile reperiatur,taleque reddi omni ex parte nullum queat,neceſſariò requirũtur plures intermediæ alterationes,& ſecretiones, quarum omnium gratia natura per ſe ſine doctore, quæ opus ſunt,agens,corpora noſtra fabrefecit ita,vt cibus primam coctionem in ventriculo adeptus ad inteſtina ſublimia deponatur,& exinde,qua parte alendo inutilis eſt,ad inferiora,& ad exitum ſecernatur,qua parte eſt utilis, à venis quibuſdã par uis deferatur ad iecur, cuius uialiam coctionem ſortitus formam ſanguinis induit,duorum ex tali mutatione excrementorũ facto prouentu;non aliter atque in vino dulci fiat,quod nondum ab vuis expreſſum feruet eo,quem in ſe habet,calore,& alteraſcit adeo, vt ex eius mutatione duo proueniãt excrementa,alterum leuius,magiſque aereum, alterũ grauius, ac magis terreum,quorum cum illud florem,hoc fecem uocent, in corpore quidem quod leuiori reſpondet, bilem flauam,quod grauiori craſſam appellãt,quæ licèt parte ſui quadam perfecta vſum aliquem naturæ conferant,& ferantur in omnem partem cum ſanguine,tamen ipſarum ſeponitur tãta,taliſque portio,quanta,qualiſque iecoris mutationẽ ſubterfugiens,ſi in totum ferretur animalis corpus, noxam aliquam inueheret; purgaturque ab ipſis ſanguis, tum per lienem,tum per eam,quæ iecinori ſubeſt,veſicam. Præter duo prædicta excrementa tertium etiam prouenire, quod à renibus attractum, & in veſica receptum, ſit vrinæ materia, vero eſt conſentaneum.Nam Galenus 5. de vſupart. 5. de naturæ prouidentia circa birioſi excrementi effluxum loquutus,ait,

E Por-

„ *Porrò cum excremẽtum tenue, atque aquoſum, quod* οὖρον, „ *hoc eſt vrinam nuncupamus, adhuc ſupereſſet, conſtructos* „ *ſanè, quò id ſecerneret, renes prope hepar conſtituit, ut verò* „ *commodè excerneret, primum quidem receptaculum, velu-* „ *ti ciſternam quandam ipſam ueſicam, deinde ad ipſius finem* „ *muſculum fabricata eſt, qui aduigilaret, ne ſuperflua intem-* „ *peſtiuè effluerent.* quare vrina eſt excrementum; idque uerum eſt, tam ſententia eorum, qui cenſent vrinæ materiam eſſe potum ſecretum à renibus poſtquam hepar ſecundam concoctionem obiuit, & ſanguis diſtribui cœpit, quàm eorũ, qui credunt ſecerni vrinam non ſola alteratione in iecore cõfecta, ſed etiam ea, quæ in venis celebratur, quorum opinioni, vt obiter hoc dicam, ego aſſentio: quia ex vrina tenuiore indicatur morbi principium, ex craſſiore eiuſdem ſtatus, quæ comitantur concoctioni in venis confectæ. ſed utcunq; hoc ſe habeat, certè manifeſtum eſt, vt vrina ſit excrementum, & vt inter operationes nullo modo recenſeri debeat. Quod cõfirmari poteſt, conſiderando operationum eſſentiam conſiſtere in motu, urinam autem ſequi motum facultatis alteratricis, & eſſe effectum, vt patet. lib. 4. Metheorum cap. 3. in qua ſignificatione ſi quis fortè credat, vt aliquando operationum loco poſſit effectus aſſignari: quia quicquid ab aliquo tanquam à cauſa procedit, illius indicium eſſe traditur 5. de loc. affec. cap. ultimo, operatio autem videtur eſſe cauſa ipſius operis. animaduerto primò motũ non eſſe propriè cauſam operis permanentis, ſicut antea fuit declaratum, deinde vrinam à te nominari expreſsè operationem. Nam iis, quibus concoctionem, vrinam, excrementa tanquam notas facultatis naturalis exprimis, ſubiungis: *harum operationũ uirtus, & uirium indicabit robur, & imbecillitatem facultatum.* quod nõ ſolum tibi repugnat, qui lib. tuo. 3. de ſang.

miſſ. poſtquam docuiſti robur, & imbecillitatem facultatũ cognoſci ex proprijs ipſarum operibus,ſtatuis vrinam, & alui excrementa eſſe naturalis facultatis opera. verum etiam Galeno aduerſatur,qui primo de fac.nat. ad calcem cap. 2. opus de actione enuntiari poſſe,ſed non conuerti,vt actio,ſiue operatio pariter de opere prædicetur,docet his verbis.

„ *& actionem licet quidem opus quoddam naturæ appelles,*
„ *ceu concoctionem,digeſtionem; & ſi ita loqui liceat,ſanguifi*
„ *cationem: non tamen contra licet opus actionem omnino*
„ *uoces.* Quare hoc modo uidentur mihi quædam eorum,quę à te epiſtola 3. ſcribuntur,falſitatem continere; imperfectionem uerò,quia citas Gal. tex.lib. de ſanguinis miſſione cap. 13.velut dicentis duos primos ſcopos vacuationum omniũ eſſe uires,& multitudinem,& hãc propriè iudicare,illas proprie contraindicare. Tamen aliter Gal.loquitur:nam docẽs, quæ præuidenda ſunt ante uenæ ſectionem, vt innoxiè ipſa
„ obiri poſsit,ait. *Primum omnium ſcire conuenit,dum propo*
„ *ſiti ſcopi huius præſidij augentur,maiorem indicari euacua-*
„ *tionem, dum verò exoluuntur, tantum detrahendum de*
„ *ſanguinis miſsione,quanto illi minores euaſerint. Morbi*
„ *itaque magnitudo cum virium robore primi erant mitten*
„ *di ſanguinis ſcopi. Ille quidem, quæ facienda ſunt*
„ *indicans. hic tanquam illum haud prohibens.*

in quibus nullam de multitudine facit mentionem, ſed magnitudinem indicare propriè, uires contraindicare aſtruit.

E 2 Pro-

EXERCIT. III.

Proponitur quærendum, an dyſenteria vera dici critica poſſit ad diſtinctionem ſymptomaticæ. Cap. I.

EIuſdem epiſtolæ quartæ. cap. 6. circa curationem dyſenteriæ, & diarrheæ quandam excitas dubitationem,& ais medendi rationem, quæ adhibetur fluxui dyſenterico, & diarrheæ per inferiorem uētrem uideri prauam, quia per partem affectam; & relicta opinione Chriſtophori à Vega, Aloyſiique Mundellæ contendentium propterea deteſtandam eſſe communem medentium omnium conſuetudinem vtendi pharmacis expurgantibus pro ſanatione horum affectuum; ita ſubdis, *Ego vero aliud ſentio, vt puta qui tractationem ſcripſi de hoc argumento, cui titulus eſt, an in dyſenteria conueniat purgatio: igitur ſuppoſitis, quæ ibi ſcripta ſunt, breuiter doceo, quomodo præſtare ſe debeat Medicus in hoc affectu. Dyſenteriæ generatio eſt duplex, quædam enim fit ſymptomatis, aut caſus cuiuſdam ratione, quædam à natura materiam expellente bona criſi.* Cuius diuiſionis ueritatem inueſtigaturi, debemus in notione nominis conuenire. Quia δυσεντερία, nomen eſt æquiuocum, & à parte affecta deſumptum, componitur ex particula δυσ ſignificante malum, laborem, vel difficultatem, & ex uoce ἔντερα ſignificante inteſtina, adeo, ut illud nomen ſignificet laborem inteſtinorum, & propterea fatēdum ſit, ipſum habere generalem ſignificationem, cum multis modis inteſtina, & laborare, & difficilè ad ſua munia ſe habere contingat: qua ſignificatione nemo dixerit à Medicis illud nomen uſurpari: quia concedendum etiam foret, vt ſub eo nomine comprehenderetur omnis paſſio, qua inteſtina tor-

ſignificanda, quæ uideo à pleriſque definiri alui cruentas de iectiones, à quarum materia differentias ſumendo, quatuor ſtatuunt dyſenteriç ſpecies, de quibus Galenus lib. 3. de ſym ptomatum cauſis cap. ſecundo; & quarum tu mihi videris quartam, & propriam ſignificationem accipere: quia ſtatim ferè ipſam inteſtinorum exulceratione circumſcribis modo, quo uidebimus. Quocirca quæſitum erit, an dyſenteria uera poſſit dici critica. ſed cum reperiatur etiam ſymptomatica, quam planum eſt criticam vocari: quoniam criſis ad malū, ac ad bonum extenditur; intelligendum eſt, vt circa dyſente riam criticam à ſymptomatica contradiſtinctam, & ſalutarē omnis noſtra conſideratio verſetur.

Ex eſſentia, & generatione criſis colligitur, quæ euacuatio critica dici debeat. Cap. II.

PRoponebatur quærendum, an dyſenteria ve ra dici critica poſſit ad ſymptomaticæ di- ſtinctionem; nunc ſequitur, vt ad rem ipsā accedamus, cui incumbentes, debemus pri mò verſari circa eſſentiam, & generationē bonæ criſis: quia ex ipſarum cognitione pendet modus noſcendi, quę euacuatio ſalutariter critica exi ſtat. Igitur animaduertamus eſſentiam bonę criſis definiri mutationem repentinam ad ſalutem. At mutatio fit in tem pore, & tempus ab Ariſtotele dicitur, non ſolùm eſſe quod- dam continuum, ſed etiam, vt tale eſt, diuidi per eſſe longū, vel breue. Prætereà ipſum eſſe breue dicitur cum eo, quod repente fit, conuerti. Igitur dicendo bonam criſim, & criſim in uniuerſum eſſe mutationem repentinam, dicimus eſſe mu tationem, quæ fit in tempore breui: mutationis autem tres ſpecies 5. phyſ. ſtatuuntur, latio, alteratio, & in quātitate mu tatio, quæ eſt auctio, aut diminutio. Quare criſis una ex his

eſſe debet. Gal.3.de diebus decretoriis. 8. motum localem eſſe dicere videtur: nam ſtatuit facultatis expultricis eſſe opus,quod excretio eſt,& à loco ad locum mutatio. Auicenna tamen f.2.4.tr.1.c.2.alterationem eſſe definit. & Vgo Senenſis com. in 12.aphor.lib.2. Thadæuſque Florentinus cõment. in eundem apho.& in locum Auicennæ citatum,uidẽtur criſis definitionẽ ſupra allatã intelligere de alteratione, non ea, quæ præcedit,ſed ea, quę conſequitur euacuationẽ.

Nos huius rei diſtinctam cognitionem,quantum inſtituto noſtro inſeruiat, attendentes,altius repetamus, ueriſſimè traditum eſſe à Galeno,vt concoctio eſſe poſſit ſine criſi, criſis,ſcilicet ea,quæ tendit ad ſanitatem,ſine præuia concoctione nequaquam,quæ cum ſit alterationis ſpecies, præcedet eiuſmodi criſim alteratio quædam, cuius diſtinctio ab aliis mutationibus cum pendeat ex ſuo fine,inueniendus eſt à nobis finis alterationis,quæ dictam criſim præcedit, ille autem percipitur,perpendendo coctionem in morbis eſſe ſolùm humorum,horumque duas partes reperiri,alteram putrefactã, & nutritioni inutilem,alteram putreſcentem,& quæ alendo apta reddi poteſt: præterea his partibus accidere, vt concoquantur,cũ materia, & humor fuerit euictus,hũc autẽ vinci à calore naturali,vt tradit apertiſſimè Ariſtoteles lib.4. Metheorum,adeo,vt finis alterationis criſim præcedentis ſit uictoria caloris ſupra materiam. Hìc ſecundo loco ſuccederet conſiderandum,quomodo criſis eiuſmodi victoriam,nempe coctionem ſequatur,& ſit ab ea diſtincta. Sed quia ſumptum eſt ex Ariſtotele humorum partem putrefactam concoqui, quod aliquibus tamen viris doctis,negari poſſe cum Ariſtotele,uiſum eſt:ne id difficultatem pariat, antequam ulterius progrediamur,uidẽdum,quomodo Michael Villanouanus in ſuo de concoctione libello ingenioſè contendat,nullã aliã debere agnoſci coctionem, quam aſſimilationem, & velit Ariſtotelis ſententiam ex lib. proximè citato relatam eſſe

ita intelligendam; vt philoſophus doceat humorum partem inutilem nulla alia coctione, quàm aſſimilatione perfici,& una tantùm mutatione partem eorum utilem aſſimilari, inutilem reddi excrementum.

Ille igitur auctoritatem citatā exponere nititur, dicendo, ſicut ab una cōcoctione fit, vt una pars aſſimiletur, alia ſit excrementū, ita ab una,& eadē concoctione fieri, vt humor, qui putreſcit, redigatur, qui putridus eſt, expulſioni diſponatur, & huius rei ſignum ille affert lachrymas, quæ ſemel in oculum deductæ, & formatę nullā amplius cōcoctionē accipiūt, ſed ſignificant coctionē intus confectā. Tamen nō ſatisfacit, quia licet ab uno calore,& eodē tēpore pars humorum putreſcens redigeretur, pars putrefacta expulſioni præpararetur, termini tamen, à quorum unitate mutationum unitas maximè dependet, diuerſi ſunt, cum pars putreſcens reducatur à ſtatu non prorſus inutili ad ſtatum conuenientem nutritioni, pars verò putrefacta à ſtatu penitus inutili ad ſtatum expulſioni accommodatum, quo fit, vt non liceat arguere. Ab uno calore pars utilis aſſimilatur, pars inutilis ab eodem redditur excrementum expulſioni paratum, ergo pars utraque perficitur una,& eadem coctione. Quia mutationum unitas non dependet ſimpliciter ab unitate caloris: ſed pro maiori parte à pluribus aliis determinatur, vt patebit inferius. Igitur caloris actione in partem utilem aſſimilatio, actione in partem inutilem alia quædam mutatio agitur. & hinc fortè factum eſt, vt cum Gal. 2. de rat. vict. ex Hipp. dupliciter aliquid concoqui tradat, nempè propriè,& impropriè, poſſit uideri, vt fateatur coctionem etiam diuidi in perfectam, & imperfectam. Sed addit Villanouanus, vt res putrefacta diſponatur ad expulſionem, debet attenuatione parari, quæ facultatis expultricis eſt opus, non alteratricis, quæ incraſſando procedit: atque ita ille fugit confeſſionem alioqui factam de cauſa, quæ excrementa diſponat ad expulſionem. ſiquidem

iam

iam ab una coctione humorem putreſcentem redigi, & putridum expulſioni parari conceſſerat, quæ nos terminorum ratione diſtinximus; nunc uerò ille, priore ſuo fundamento relicto, ſibi contradicit, & humoris putridi diſpoſitionem coctioni adimit, expultrici attribuit: tamen quicquid inconſtãs imaginetur, hæret in eodem ſcopulo. quia Ariſtoteles de maturatione agens expreſsè ait, *& ex tenuibus ſemper craſſiora fiunt, quæ maturantur omnia, & hæc quidem in ipſa natura ducit ſecundum hoc, hæc autem eijcit.* vbi, cum per naturam, expoſitore Alex. & Olympiodoro, oporteat intelligere coctionem, conſtat caloris coquentis eſſe diſponere excrementa ad excernendum; quod confirmatur, quia cũ Olympiodoro in 4. Metheorum debemus incraſſationem rei, quæ coquitur, à calore factam interpretari reductionem eius rei ad quandam conſiſtentiæ mediocritatem, quæ in humorib. crudis ſæpenumero craſſis effici non poteſt, niſi illi inciſione præparentur, inciſio autem eſt opus caliditatis, cuius eſt, vt dicitur à Gal. lib. 1. de medic. ſimpl. cap. ij. in profundum facilè penetrare, comminuere, extenuare; &, vt à Villanouano dicitur ſermone ſuo ſecundo paulo poſt medium, elaborare, & extenuare ſuccum melancholicum in liene contentum. Igitur attenuatio non eſt facultatis expultricis opus; &, ſi uelimus diſtinctè philoſophari, licet forſan cum Vicomercato in lib. 4. Metheorum animaduertere, vt attenuatio ſit pòtius præparatio ad coctionem, quam coctio ipſa, quæ cum fiat calore ſuperante, & terminante materiæ partem nutritioni aptam, neceſſarium eſt partem diſſimilem relinqui intereà talem, & tantã, ſubinde excrementorum prouentum à concoctione dependere. Vnde loquendo de excrementorum ſeparatione, diſtinguendum eſſe uidetur aliter, ac faciat Valleſius lib. 1. contr. cap. 21. nempe ſi loquamur de illorum termina-

generatione, & hanc ſequi caloris concoquentis actionem: ſi vero loquamur de illorum ſeparatione ſecundum locum, hanc eſſe opus facultatis expultricis, ſicut ſeparatio ſubſtantiæ utilis ab attractrice perficitur; quæ ne voluntaria uideantur poſſunt autoritate Galeni confirmari. Etenim cum ille primo de tuenda valetudine cap. 3. dicat ex coctione eorum, quæ eduntur, bibuntur uè prouenire excrementa; indicat generationem excrementorum ſequi caloris coquentis actionem, utique Ariſtoteli conſentiens. cum verò 2. aphor. com. 13. dicat iudicationem fieri natura ſeparante à bonis mala, & ad excernendum præparante, apertè docet præparationẽ ad excernendum eſſe caloris coquentis opus, & ſimul diſtingui ipſam propriè ab ipſa excretione. quia præparatio ad aliquam rem licèt, cum ea quodammodo confundatur, ab ea tamen proprie ſeiungitur. Patet verò ex ſupradictis partem humorum, tam putreſcentem, quàm putrefactam concoqui, & putreſcentem quidem perfectè, quia aſſimilatur, putrefactam imperfectè, quia ſolum talis, & tanta redditur pro ſui commoda expulſione, vt Auerroes eiuſcemodi imperfectã coctionem iurè uocet deaſſimilationem, Ariſtoteles metaphoricam cõcoctionem, Galenus γυμνότερον; atque ita hi excrementa coqui concedentes aliam coctionem agnoſcant, quàm aſſimilationem.

Sed hoc eſt, quod à principio huius diſputationis accipiebatur, ſcilicet in morbis utranque dictam humorum partem adipiſci ſuam coctionem calore materiam ſuperante, qui cũ ſuperet agendo in materiã aduerſus cauſas morbificas, quæ alioquin humidum abſumerent, & humorum eſſentiam diſſoluerent, talis actio caloris meritò dicitur eſſe pugna quędã naturæ cum morbo. Igitur, vt redeamus vnde abiimus, quærendum eſt quomodo criſis hac pugnam ſequatur. At ſtatim oritur dubitatio, quia Hippoc. 2. aphor. 13. videtur concedere, vt talis pugna ſit criſis. ſiquidem Græcè inquit, ὁκόσοισι

κρίσις γίνεται. ideſt quibuſcunque iudicatio fit, &, cum iudicatio fiat concoctione, & pugna prædicta, apertiſſimè innuit ipſam concoctionem, ſiue pugnam eſſe iudicationem in fieri. Præterea Gal. 1. de criſibus ultimo dicit, prædictæ pugnæ extremam contentionem dici magis criſim, quàm ſubſequentem expulſionem, & alterationem. Sed tollitur talis difficultas quo ad Hippocratem, tum concedendo coctionem, quæ criſim præcedit, eſſe criſim in fieri, ſicut uia ad generationem eſt generatio: nam hoc nullam cum alijs de criſi ab eodem Hippocrate, & à Galeno pronuntiatis habet repugnantiam: tum interpretando verbum γίνεται per verbum, inſtat, cum Theodoro potius, quàm per verbũ, fit, cum Leoniceno. Nã ſic per eas dictiones, *quibuſcunque iudicatio inſtat*, Hippocrates circumſcribet non totam præuiam alterationem, ſed ipſam tantùm, vt grauis eſt ante acceſſionem, & agitationis, ac perturbationis nomine donatur: quo modo conſiderata, uidetur dici poſſe cum Galeno magis criſis, quam ſubſequẽs expulſio, & quia tota uictoria naturæ, aut morbi in ea maxime conſiſtit, propter quod autem unumquodque, & illud magis, & quia ea homines vulgares cogit pronuntiare, ut tũc de egri vita iudicium agatur.

Cæterùm quomodo criſis ſequatur præuiam concoctionem, explicat Gal 4. aphor. 22. ubi habet. *ſiquidem oportet coctionem præire, ſubſequi uero diſcretionem, & poſtea euacuationem, ut bona ſit iudicatio*, quo loco diſtinguit ſeparationem à concoctione, ſed intelligendum eſt, id eſſe uerum ſecundùm rationem: nam re uera cõcoctio eſt materiæ ad perfectam quandam conſiſtentiam reductio, quæ cum agatur à calore heterogenea ſegregante, & congregante homogenea, quis non percipit, vt dum ea abſoluitur, fiat ſimul ſeparatio bonorũ à malis? Igitur ſeparatio eſt caloris opus, quod perpetuò coctioni comitatur, expulſio uerò utranque ſequitur

expulſionem iudicatio,quam 3.de criſ.2.ſpeciatim nominat ſubitam conuerſionem ad ſanitatem,adeo,vt criſis definitio huius diſputationis initio allata mutationi expulſionem conſequenti propriè conueniat,ſicut etiam ſupra dictum eſt. Sed cur ita res hæc ſe habeat, remanet declarandum, quod fieri poteſt conſiderando,vt excretio ſit iudicii principium, mutatio ſubſequens ad ſanitatem ſit eiuſdem finis. Nam Galenus primo de diebus decret.8. cum diſtinguat tempus decernendi in decretoriæ acceſſionis initium, in principium decretoriæ motionis,ſeu iudicii,& in iudicii finē, explicat principium iudicij eſſe euacuationem,finem eſſe perfectam ſolutionem; &,cum dictorum trium concurſus ſit neceſſarius ad criſis complementum,quod interim tres dies attingere poteſt,docet illi diei,quę maiorem eorum numerum in ſeſe accipit,iudicium eſſe attribuendum. Quod ſi excretio eſt iudicii principium,mutatio,quæ excretionem ſequitur, eſt iudicii finis; nulli dubium eſt, vt definitio criſis iam allata ſit de mutatione conſequente expulſionem propriè intelligenda: quia finis in rebus gerit potioris partem,de eo uero,quod eſt uerius,& perfectius definitio tanquam oratio eſſentiam rei propriam explicans potiſſimùm uerificari debet. Quæ cum ita ſe habeant,planum eſt cognoſcere,vt nulla euacuatio ſalutariter critica eſſe poſſit,niſi præcedente concoctione fiat à natura tanquam principium iudicii,cuius finis ſit,vt ſtatuit Galenus,ſubita conuerſio ad ſanitatem. Nos uerò ad rem noſtram hæc applicaturi,declarabimus,an euacuationi factę à natura per inteſtina, & dyſenteriam inuehenti ullo modo ita conueniant,vt dyſenteriam ab eiuſmodi euacuatione criticam denominare poſſis:quia id facis dicendo,*criticam appello dyſenteriam, quæ fit à natura materiam expellente bona criſi.*

Dyſenteriam veram non poſſe eſſe criticam ad ſymptomaticæ diſtinctionem. Cap. III.

QVærentes ad quam mutationis ſpeciem bonæ criſis eſſentia, quæ eſt mutatio repentina ad ſaluté, pertineret, incœpimus à priori cōſiderare, quomodo concoctio eſſet ad criſim neceſſaria quædā præuia alteratio, & inuenimus criſim præterea confici naturali expulſione, ſed in ſubita ad ſanitatem conuerſione, quæ expulſioni comitatur, magis propriè conſiſtere; vnde euacuatio nulla dici critica poſſit ad ſymptomaticæ diſtinctionem, niſi præuia concoctione fiat à natura tanquam principium iudicii, cuius finis ſit mutatio repentina ad ſalutem. Quæ cū euacuationi dyſenteriam inuehenti, & ipſi ſimul dyſenteriæ, duobus modis aptari poſſint, quatenus reſpiciunt criſim, tū perfectè, tum imperfectè bonam, explicabimus primò quomodo ea prædictæ euacuationi, & ſimul dyſenteriæ non cōueniant reſpectu criſis perfectè bonæ; deinde etiam quomodo reſpectu criſis imperfectè bonæ contingat, ut euacuatio humoris, qui dyſenteriam facit, accommodata aliquando eſſe poſſit, tamen non ſequatur, vt ipſa ſubinde dyſenteria utilis, & critica dici debeat.

Igitur recipiamus ex dictis iudicationem fieri natura materiam ſuperante, & ad excernendum præparante, & iam intelligentes talem naturæ uictoriam eſſe concoctionem, proſequamur, dicendo concoctionem eſſe perfectionem à naturali, & proprio calore ex oppoſitis patibilibus. Nam cum perfectio ſit operatio, quæ rem aliquam primò non conſtituit, at cum ſit, ipſum complet, denotabit abſque dubio complemētum. quod igitur iſtud eſt in humorum coctione? relatum fuit iam ex Ariſtotele ſed ipſum audiamus dicentem ...

" Metheorum, *finis autem his quidem natura eſt, natura au-*
" *tem, quam dicimus, vt formam, & ſubſtantiam, his autē*
" *in ſubiectam quandam formam finis eſt concoctionis, cum*
" *tale fiat, & tantum humidum, aut aſſetur, aut elixetur, aut*
" *putrefiat, aut alio quodam modo calefiat*, in rebus, ſcilicet,
quæ formam mutant, finis eſt natura, quæ forma eſt: nam alimentum rei, aut partis alendæ formā induit. in rebus, quæ formam non mutant, finis eſt, vt tales, & tantæ fiant, & diſponantur ad aliquam aliam formam in aliquem uſum, & utilitatem: de quo uſu, de qua utilitate cum ab Ariſtotele non exprimatur, quæ nam ſint, nobis id efficere liceat, vt ſubinde clarè pateat, quis ſit determinatus finis in rebus, quæ formā non mutant. Igitur, qui nam ſit ille uſus, quæ nam illa utilitas mihi videtur tacitè comprehendi ab Ariſtotele ſub his
" verbis, *omnibus autem, vt ſic afficiantur, accidit cum mate-*
" *ria, & humor fuerit euictus. Etenim hic eſt, qui à calore na-*
" *turali determinatur. nam dum ratio in ipſo ineſt, natura*
" *hoc eſt. Quocirca, & ſanitatis ſigna ſunt huiuſmodi, & uri-*
" *næ, & alui deiectiones, & omnino excrementa.* Nam cū in ipſis intelligat ea, quæ formam non mutant, ſuum prædictū finem adipiſci, cum humor fuerit victus, & terminatus à calore naturali. non poſſet addere, *quocirca, & ſanitatis ſigna ſunt huiuſmodi, & urinæ,* cæteraque relata, quæ extra corpus ſpectantur, tanquam indicantia calorem potentiorem eſſe humore, niſi comprehenderet naturam materię dominantem ſecernere utile ab inutili, & hoc expellere. Quod tamen communis dignitatis conceptu ſuppletur, quæ cuique in animo reſidens, docet naturam, vt toties à Galeno in lib. de natur. facul. repetitum eſt, omnia artificioſè, & iuſtè peragere, facultatibus ſcilicet præditam, quibus ſingulæ particulæ cō-

EXERCIT. III.

Proponitur quęrendum, an dyſenteria vera dici critica poſſit ad diſtinctionem ſymptomaticæ. Cap. I.

EIuſdem epiſtolæ quartæ. cap. 6. circa curationem dyſenteriæ, & diarrheæ quandam excitas dubitationem, & ais medendi rationem, quæ adhibetur fluxui dyſenterico, & diarrheæ per inferiorem uętrem uideri prauam, quia per partem affectam; & relicta opinione Chriſtophori à Vega, Aloyſiique Mundellæ contendentium propterea deteſtandam eſſe communem medentium omnium conſuetudinem vtendi pharmacis expurgantibus pro ſanatione horum affectuum; ita ſubdis, *Ego verò aliud ſentio, vt puta qui tractationem ſcripſi de hoc argumento, cui titulus eſt, an in dyſenteria conueniat purgatio: igitur ſuppoſitis, quæ ibi ſcripta ſunt, breuiter doceo, quomodo præſtare ſe debeat Medicus in hoc affectu. Dyſenteriæ generatio eſt duplex, quædam enim fit ſymptomatis, aut caſus cuiuſdam ratione, quædam à natura materiam expellente bona criſi.* Cuius diuiſionis ueritatem inueſtigaturi, debemus in notione nominis conuenire. Quia δυσεντερία, nomen eſt æquiuocum, & à parte affecta deſumptum, componitur ex particula δυσ ſignificante malum, laborem, vel difficultatem, & ex uoce ἔντερα ſignificante inteſtina, adeo, ut illud nomen ſignificet laborem inteſtinorum, & propterea fatēdum ſit, ipſum habere generalem ſignificationem, cum multis modis inteſtina, & laborare, & difficilè ad ſua munia ſe habere contingat: qua ſignificatione nemo dixerit à Medicis illud nomen uſurpari: quia concedendum etiam foret, vt ſub eo nomine comprehenderetur omnis paſſio, qua inteſtina torquentur. Igitur ab ijs contractum fuit ad quædam ſolum

ſignificanda, quæ uideo à pleriſque definiri alui cruentas deiectiones, à quarum materia differentias ſumendo, quatuor ſtatuunt dyſenteriæ ſpecies, de quibus Galenus lib. 3. de ſymptomatum cauſis cap. ſecundo; & quarum tu mihi videris quartam, & propriam ſignificationem accipere: quia ſtatim ferè ipſam inteſtinorum exulceratione circumſcribis modo, quo uidebimus. Quocirca quæſitum erit, an dyſenteria uera poſſit dici critica. ſed cum reperiatur etiam ſymptomatica; quam planum eſt criticam vocari: quoniam criſis ad malũ, ác ad bonum extenditur; intelligendum eſt, vt circa dyſenteriam criticam à ſymptomatica contradiſtinctam, & ſalutarẽ omnis noſtra conſideratio verſetur.

Ex eſſentia, & generatione criſis colligitur, quæ euacuatio critica dici debeat. Cap. II.

PRoponebatur quærendum, an dyſenteria vera dici critica poſſit ad ſymptomaticæ diſtinctionem; nunc ſequitur, vt ad rem ipsã accedamus, cui incumbentes, debemus primò verſari circa eſſentiam, & generationẽ bonæ criſis: quia ex ipſarum cognitione pendet modus noſcendi, quę euacuatio ſalutariter critica exiſtat. Igitur animaduertamus eſſentiam bonę criſis definiri mutationem repentinam ad ſalutem. At mutatio fit in tempore, & tempus ab Ariſtotele dicitur, non ſolùm eſſe quoddam continuum, ſed etiam, vt tale eſt, diuidi per eſſe longũ, vel breue. Præstereà ipſum eſſe breue dicitur cum eò, quod repente fit, conuerti. Igitur dicendo bonam criſim, & criſim in uniuerſum eſſe mutationem repentinam, dicimus eſſe mutationem, quæ fit in tempore breui: mutationis autem tres ſpecies 5. phyſ. ſtatuuntur, latio, alteratio, & in quãtitate mutatio, quæ eſt auctio, aut diminutio. Quare criſis una ex his

eſſe debet. Gal.3.de diebus decretoriis. 8. motum localem eſſe dicere videtur: nam ſtatuit facultatis expultricis eſſe opus,quod excretio eſt,& à loco ad locum mutatio. Auicenna tamen f.2.4.tr.1.c.2.alterationem eſſe definit. & Vgo Senenſis com. in 12.aphor.lib.2. Thadæuſque Florentinus cōment. in eundem apho.& in locum Auicennæ citatum,uidētur criſis definitionē ſupra allatā intelligere de alteratione, non ea, quæ præcedit,ſed ea, quę conſequitur euacuationē.

Nos huius rei diſtinctam cognitionem,quantum inſtituto noſtro inſeruiat, attendentes,altius repetamus, ueriſſimè traditum eſſe à Galeno,vt concoctio eſſe poſſit ſine criſi, criſis,ſcilicet ea,quæ tendit ad ſanitatem,ſine præuia concoctione nequaquam,quæ cum ſit alterationis ſpecies, præcedet eiuſmodi criſim alteratio quædam, cuius diſtinctio ab aliis mutationibus cum pendeat ex ſuo fine,inueniendus eſt à nobis finis alterationis,quæ dictam criſim præcedit, ille autem percipitur,perpendendo coctionem in morbis eſſe ſolùm humorum,horumque duas partes reperiri,alteram putrefactā, & nutritioni inutilem,alteram putreſcentem,& quæ alendo apta reddi poteſt: præterea his partibus accidere, vt concoquantur,cū materia, & humor fuerit euictus,hūc autē vinci à calore naturali,vt tradit apertiſſimè Ariſtoteles lib.4.Metheorum,adeo, vt finis alterationis criſim præcedentis ſit uictoria caloris ſupra materiam. Hìc ſecundo loco ſuccederet conſiderandum,quomodo criſis eiuſmodi victoriam,nempe coctionem ſequatur,& ſit ab ea diſtincta. Sed quia ſumptum eſt ex Ariſtotele humorum partem putrefactam concoqui, quod aliquibus tamen viris doctis,negari poſſe cum Ariſtotele,uiſum eſt:ne id difficultatem pariat, antequam ulterius progrediamur,uidēdum,quomodo Michael Villanouanus in ſuo de concoctione libello ingenioſè contendat,nullā aliā debere agnoſci coctionem, quam aſſimilationem, & velit Ariſtotelis ſententiam ex lib. proximè citato relatam eſſe

ita intelligendam; vt philoſophus doceat humorum partem inutilem nulla alia coctione, quàm aſſimilatione perfici,& una tantùm mutatione partem eorum utilem aſſimilari, inutilem reddi excrementum.

Ille igitur auctoritatem citatã exponere nititur, dicendo, ſicut ab una cõcoctione fit, vt una pars aſſimiletur, alia ſit excrementũ, ita ab una,& eadẽ concoctione fieri, vt humor, qui putreſcit, redigatur, qui putridus eſt, expulſioni diſponatur, & huius rei ſignum ille affert lachrymas, quæ ſemel in oculum deductæ, & formatę nullã amplius cõcoctionẽ accipiũt, ſed ſignificant coctionẽ intus confectã. Tamen nõ ſatisfacit, quia licet ab uno calore,& eodẽ tẽpore pars humorum putreſcens redigeretur, pars putrefacta expulſioni præpararetur, termini tamen, à quorum unitate mutationum unitas maximè dependet, diuerſi ſunt, cum pars putreſcens reducatur à ſtatu non prorſus inutili ad ſtatum conuenientem nutritioni, pars verò putrefacta à ſtatu penitus inutili ad ſtatum expulſioni accommodatum, quo fit, vt non liceat arguere. Ab uno calore pars utilis aſſimilatur, pars inutilis ab eodem redditur excrementum expulſioni paratum, ergo pars utraque perficitur una,& eadem coctione. Quia mutationum unitas non dependet ſimpliciter ab unitate caloris: ſed pro maiori parte à pluribus aliis determinatur, vt patebit inferius. Igitur caloris actione in partem utilem aſſimilatio, actione in partem inutilem alia quædam mutatio agitur. & hinc fortè factum eſt, vt cum Gal. 2. de rat. vict. ex Hipp. dupliciter aliquid concoqui tradat, nempè propriè,& impropriè, poſſit uideri, vt fateatur coctionem etiam diuidi in perfectam, & imperfectam. Sed addit Villanouanus, vt res putrefacta diſponatur ad expulſionem, debet attenuatione parari, quæ facultatis expultricis eſt opus, non alteratricis, quæ incraſſando procedit: atque ita ille fugit confeſſionem alioqui factam de cauſa, quæ excrementa diſponat ad expulſionem. ſiquidem

iam ab una coctione humorem putreſcentem redigi, & putridum expulſioni parari conceſſerat, quæ nos terminorum ratione diſtinximus; nunc uerò ille, priore ſuo fundamento relicto, ſibi contradicit, & humoris putridi diſpoſitionem coctioni adimit, expultrici attribuit: tamen quicquid inconſtãs imaginetur, hæret in eodem ſcopulo. quia Ariſtoteles de maturatione agens expreſsè ait, *& ex tenuibus ſemper craſſiora fiunt, quæ maturantur omnia, & hæc quidem in ipſa natura ducit ſecundum hoc, hæc autem eijcit.* vbi, cum per naturam, expoſitore Alex. & Olympiodoro, oporteat intelligere coctionem, conſtat caloris coquentis eſſe diſponere excrementa ad excernendum; quod confirmatur, quia cũ Olympiodoro in 4. Metheorum debemus incraſſationem rei, quæ coquitur, à calore factam interpretari reductionem eius rei ad quandam conſiſtentiæ mediocritatem, quæ in humorib. crudis ſæpenumero craſſis effici non poteſt, niſi illi inciſione præparentur, inciſio autem eſt opus caliditatis; cuius eſt, vt dicitur à Gal. lib. 1. de medic. ſimpl. cap. ij. in profundum facilè penetrare, comminuere, extenuare; &, vt à Villanouano dicitur ſermone ſuo ſecundo paulo poſt medium, elaborare, & extenuare ſuccum melancholicum in liene contentum. Igitur attenuatio non eſt facultatis expultricis opus; &, ſi uelimus diſtinctè philoſophari, licet forſan cum Vicomercato in lib. 4. Metheorum animaduertere, vt attenuatio ſit pòtius præparatio ad coctionem, quam coctio ipſa, quæ cum fiat calore ſuperante, & terminante materiæ partem nutritioni aptam, neceſſarium eſt partem diſſimilem relinqui intereà talem, & tantã, ſubinde excrementorum prouentum à concoctione dependere. Vnde loquendo de excrementorum ſeparatione, diſtinguendum eſſe uidetur aliter, ac faciat Valleſius lib. 1. contr. cap. 21. nempe ſi loquamur de illorum termina-

generatione,& hanc ſequi caloris concoquentis actionem: ſi verò loquamur de illorum ſeparatione ſecundum locum, hanc eſſe opus facultatis expultricis,ſicut ſeparatio ſubſtantiæ utilis ab attractrice perficitur;quæ ne voluntaria uideantur poſſunt autoritate Galeni confirmari. Etenim cum ille primo de tuenda valetudine cap. 3. dicat ex coctione eorum, quæ eduntur, bibuntur uè prouenire excrementa; indicat generationem excrementorum ſequi caloris coquentis actionem,utique Ariſtoteli conſentiens. cum verò 2. aphor. com. 13. dicat judicationem fieri natura ſeparante à bonis mala, & ad excernendum præparante, apertè docet præparationē ad excernendum eſſe caloris coquentis opus,& ſimul diſtingui ipſam propriè ab ipſa excretione. quia præparatio ad aliquam rem licèt,cum ea quodammodo confundatur, ab ea tamen proprie ſeiungitur. Patet verò ex ſupradictis partem humorum,tam putreſcentem,quam putrefactam concoqui, & putreſcentem quidem perfectè,quia aſſimilatur, putrefactam imperfectè, quia ſolum talis, & tanta redditur pro ſui commoda expulſione, vt Auerroes eiuſcemodi imperfectā coctionem iurè uocet deaſſimilationem, Ariſtoteles metaphoricam cōcoctionem, Galenus γυμνώτερον; atque ita hi excrementa coqui concedentes aliam coctionem agnoſcant, quàm aſſimilationem.

Sed hoc eſt,quod à principio huius diſputationis accipiebatur,ſcilicet in morbis utranque dictam humorum partem adipiſci ſuam coctionem calore materiam ſuperante, qui cū ſuperet agendo in materiā aduerſus cauſas morbificas, quæ alioquin humidum abſumerent, & humorum eſſentiam diſſoluerent, talis actio caloris meritò dicitur eſſe pugna quædā naturæ cum morbo. Igitur, vt redeamus vnde abiimus, quærendum eſt quomodo criſis hāc pugnam ſequatur. At ſtatim oritur dubitatio, quia Hippoc. 2. aphor. 13. videtur concedere, vt talis pugna ſit criſis. ſiquidem Græcè inquit, ὁκόσοισι

 κρί-

κρίσις γίνεται. ideſt quibuſcunque iudicatio fit, &, cum iudicatio fiat concoctione,& pugna prædicta,apertiſſimè innuit ipſam concoctionem,ſiue pugnam eſſe iudicationem in fieri. Præterea Gal. 1.de criſibus ultimo dicit,prædictæ pugnæ extremam contentionem dici magis criſim, quàm ſubſequentem expulſionem,& alterationem. Sed tollitur talis difficultas quo ad Hippocratem,tum concedendo coctionem, quæ criſim præcedit,eſſe criſim in fieri,ſicut uia ad generationem eſt generatio: nam hoc nullam cum alijs de criſi ab eodem Hippocrate,& à Galeno pronuntiatis habet repugnantiam: tum interpretando verbum γίνεται per verbum, inſtat, cum Theodoro potius, quàm per verbū, fit, cum Leoniceno. Nā ſic per eas dictiones. *quibuſcunque iudicatio inſtat.* Hippocrates circumſcribet non totam præuiam alterationem, ſed ipſam tantùm,vt grauis eſt ante acceſſionem, & agitationis, ac perturbationis nomine donatur: quo modo conſiderata, uidetur dici poſſe cum Galeno magis criſis,quam ſubſequēs expulſio, & quia tota uictoria naturæ, aut morbi in ea maxime conſiſtit,propter quod autem unumquodque, & illud magis,& quia ea homines vulgares cogit pronuntiare,ut tūc de egri vita iudicium agatur.

Cæterùm quomodo criſis ſequatur præuiam concoctionem,explicat Gal 4.aphor.22. ubi habet. *ſiquidem oportet coctionem præire,ſubſequi uero diſcretionem,& poſtea euacuationem,ut bona ſit iudicatio,* quo loco diſtinguit ſeparationem à concoctione,ſed intelligendum eſt,id eſſe uerum ſecundùm rationem: nam re uera cōcoctio eſt materiæ ad perfectam quandam conſiſtentiam reductio, quæ cum agatur à calore heterogenea ſegregante,& congregante homogenea, quis non percipit,vt dum ea abſoluitur, fiat ſimul ſeparatio bonorū à malis? Igitur ſeparatio eſt caloris opus,quod perpetuò coctioni comitatur. expulſio uerò utranque ſequitur.

expulſionem iudicatio,quam 3.de criſ.2.ſpeciatim nominat ſubitam conuerſionem ad ſanitatem,adeo,vt criſis definitio huius diſputationis initio allata mutationi expulſionem con ſequenti propriè conueniat,ſicut etiam ſupra dictum eſt. Sed cur ita res hæc ſe habeat, remanet declarandum, quod fieri poteſt conſiderando,vt excretio ſit iudicii principium, mutatio ſubſequens ad ſanitatem ſit eiuſdem finis. Nam Galenus primo de diebus decret.8. cum diſtinguat tempus decernendi in decretoriæ acceſſionis initium, in principium decretoriæ motionis,ſeu iudicij,& in iudicii finē, explicat principium iudicij eſſe euacuationem,finem eſſe perfectam ſolutionem; &,cum dictorum trium concurſus ſit neceſſarius ad criſis complementum,quod interim tres dies attingere poteſt,docet illi diei,quę maiorem eorum numerum in ſeſe accipit,iudicium eſſe attribuendum. Quod ſi excretio eſt iudicii principium,mutatio,quæ excretionem ſequitur, eſt iudicii finis; nulli dubium eſt, vt definitio criſis iam allata ſit de mutatione conſequente expulſionem propriè intelligenda: quia finis in rebus gerit potioris partem,de eo uero,quod eſt uerius,& perfectius definitio tanquam oratio eſſentiam rei propriam explicans potiſſimùm uerificari debet. Quæ cum ita ſe habeant,planum eſt cognoſcere,vt nulla euacuatio ſalutariter critica eſſe poſſit,niſi præcedente concoctione fiat à natura tanquam principium iudicii,cuius finis ſit,vt ſtatuit Galenus,ſubita conuerſio ad ſanitatem. Nos uerò ad rem noſtram hæc applicaturi,declarabimus,an euacuationi factę à natura per inteſtina, & dyſenteriam inuehenti ullo modo ita conueniant,vt dyſenteriam ab eiuſmodi euacuatione criticam denominare poſſis:quia id facis dicendo,*criticam appello dyſenteriam, quæ fit à natura materiam expellente bona criſi.*

Dyſenteriam veram non poſſe eſſe criticam ad ſymptomaticæ diſtinctionem. Cap. III.

QVærentes ad quam mutationis ſpeciem bonæ criſis eſſentia, quæ eſt mutatio repentina ad ſalutẽ, pertineret, incœpimus à priori cõſiderare, quomodo concoctio eſſet ad criſim neceſſaria quædã præuia alteratio, & inuenimus criſim præterea confici naturali expulſione, ſed in ſubita ad ſanitatem conuerſione, quæ expulſioni comitatur, magis propriè conſiſtere; vnde euacuatio nulla dici critica poſſit ad ſymptomaticæ diſtinctionem, niſi præuia concoctione fiat à natura tanquam principium iudicij, cuius finis ſit mutatio repentina ad ſalutem. Quæ cũ euacuationi dyſenteriam inuehenti, & ipſi ſimul dyſenteriæ, duobus modis aptari poſſint, quatenus reſpiciunt criſim, tũ perfectè, tum imperfectè bonam, explicabimus primò quomodo ea prædictæ euacuationi, & ſimul dyſenteriæ non cõueniant reſpectu criſis perfectè bonæ; deinde etiam quomodo reſpectu criſis imperfectè bonæ contingat, ut euacuatio humoris, qui dyſenteriam facit, accommodata aliquando eſſe poſſit, tamen non ſequatur, vt ipſa ſubinde dyſenteria utilis, & critica dici debeat.

Igitur recipiamus ex dictis iudicationem fieri natura materiam ſuperante, & ad excernendum præparante, & iam intelligentes talem naturæ uictoriam eſſe concoctionem, proſequamur, dicendo concoctionem eſſe perfectionem à naturali, & proprio calore ex oppoſitis patibilibus. Nam cum perfectio ſit operatio, quæ rem aliquam primò non conſtituit, at cùm ſit, ipſum complet, denotabit abſque dubio complementum. quod igitur iſtud eſt in humorum coctione? relatum

Metheorum, *finis autem his quidem natura eſt, natura au-*
" *tem, quam dicimus, vt formam, & ſubſtantiam, his autē*
" *in ſubiectam quandam formam finis eſt concoctionis, cum*
" *tale fiat, & tantum humidum, aut aſſetur, aut elixetur, aut*
" *putrefiat, aut alio quodam modo calefiat*, in rebus, ſcilicet,
" quæ formam mutant, finis eſt natura, quæ forma eſt: nam alimentum rei, aut partis alendæ formā induit. in rebus, quæ formam non mutant, finis eſt, vt tales, & tantæ fiant, & diſponantur ad aliquam aliam formam in aliquem uſum, & utilitatem: de quo uſu, de qua utilitate cum ab Ariſtotele non exprimatur, quæ nam ſint, nobis id efficere liceat, vt ſubinde clarè pateat, quis ſit determinatus finis in rebus, quæ formā non mutant. Igitur, qui nam ſit ille uſus, quæ nam illa utilitas mihi videtur tacitè comprehendi ab Ariſtotele ſub his
" verbis, *omnibus autem, vt ſic afficiantur, accidit cum mate-*
" *ria, & humor fuerit euictus. Etenim hic eſt, qui à calore na-*
" *turali determinatur. nam dum ratio in ipſo ineſt, natura*
" *hoc eſt. Quocirca, & ſanitatis ſigna ſunt huiuſmodi, & uri-*
" *næ, & alui deiectiones, & omnino excrementa.* Nam cū in ipſis intelligat ea, quæ formam non mutant, ſuum prædictū finem adipiſci, cum humor fuerit victus, & terminatus à calore naturali. non poſſet addere, *quocirca, & ſanitatis ſigna ſunt huiuſmodi, & urinæ,* cæteraque relata, quæ extra corpus ſpectantur, tanquam indicantia calorem potentiorem eſſe humore, niſi comprehenderet naturam materię dominantem ſecernere utile ab inutili, & hoc expellere. Quod tamen communis dignitatis conceptu ſuppletur, quæ cuique in animo reſidens, docet naturam, vt toties à Galeno in lib. de natur. facul. repetitum eſt, omnia artificioſè, & iuſtè peragere, facultatibus ſcilicet præditam, quibus ſingulæ particulæ cō-

ue-

uenientem ſibi ſuccum ad ſe trahant, attractum uero coaleſcere, accreſcereque omnibus ſui partibus faciãt, demumq; aſſimilent; quod autem interea non peruicere, quodque omnimodam alterationem, ac cum nutriendo ſimilitudinem recipere non potuit, id alia rurſus vi, ſecretoria nempe reijciant, & repellant. Quare ille aliquis uſus, illa aliqua utilitas erit expulſio; & conſequenter in rebus non mutantibus formam finis, qui deſcribitur eſſe, vt tales, & tantæ fiant ob illũ aliquem uſum, erit expreſsè diſpoſitio, qua illæ res redduntur aptæ ad ſui expulſionem. At in iis, quę formam mutãt, finis, & complementum erat natura, quæ forma eſt, & perfici dicebatur calore naturali ſuperante materiam, ipſamque terminante: nam ſicut in putredine ſecundum partem, quæ alteratio eſt, à calore externo educitur calor naturalis, & ſubinde proprium humidum, ita contra in concoctione à calore naturali, quem non eſt inconueniens ab aliis quibuſdam adiuuari, terminari proprium humidum, ideſt reddi commenſuratum rei, cuius eſt proprium, neceſſe eſt: quod cum fieri nõ poſſit, ſi adſit calor adſcititius, niſi is pro pulſetur: profectò materiam uincere, & terminare importat exuere ipſam alienis qualitatibus. propterea enim dicuntur humores putreſcẽtes coctione reduci: quia praua qualitate, quæ in ipſis eſt, debellata, proprius eorum calor relinquitur temperatus, & aptus propriã humiditatem ſicco iunctam continere. Igitur colligi poteſt, vt res, quæ concoquitur, exuatur qualitatibus naturæ noxis, & inimicis. Et hactenus rei ueritatis vi tractus fui, qua te ſcio adactum, cum tomi tertii tuarum epiſtolarum lib. 7. cap. 9. protuliſti. *Nam uerißimum eſt naturam concoquendo euincere omnem malam humoris putridi qualitatem*, & ante cap. 7. dixeras, *tertia concluſio eſt, concoctio humoris putridi neceſſariò incraſſationem ſupponit. Declaraui mus hanc aſſertionem in ſuperioribus* [illegible]

planauimus Galeni uerba in 2. de rat. vict. humor enim biliosus, putridus, acris multum eſt, admodum flaueſcens, quia calidiſsimus, graue olens, maximè fluidus, vt qui ab humido excedente in putredine malè ſit affectus. Concocta bilis euadit pallida, ad albedinem tranſmutata ob actionem caloris naturalis, & proprij partium ſeminalium, quæ albæ sũt. deponit acrimoniam, nimiamque fluxibilitatem, atque fætorem, vt diximus.

Quæ omnia uero conſentanea recipio mihi aſſumenda pro principio abs te confeſſo: deinde hæc propoſito noſtro tandem applicando, addo, ſed humores, qui à natura expulſi per inteſtina dyſenteriam ueram efficiunt, ſunt acres multũ, flaui, putridi, graueolentes, non pallidi, non mites, non ſine odore: ergo non ſunt concocti, proinde ipſorum euacuatio, &, quæ hanc comitatur, dyſenteria non eſt iudicatoria, ſed ſymptomatica. Maior è rei natura educta abs te cõfeſſa eſt, minor Galeni auctoritate rationi, & experientiæ innixa probatur. Quia lib. 6. de loc. patientibus cap. 2. ita de generatio
„ ne dyſenteriæ propriè dictę loquitur. *Sanè in præſentia no-*
„ *men dyſenteriæ propriè audire oportet, vt pote quod ex ap*
„ *pellatione ipſa, inteſtinorum vlcus ſignificat. neque enim*
„ *repentè, & affatim fit hic affectus, id quod in eo, quem he-*
„ *patis vitio accidere diximus, fieri ſolet, atque proprias etiã*
„ *habet notas. Etenim protinus ab ipſius initio bilis mordax*
„ *ſecernitur, quem deinde interaneorum abraſiones ſequun-*
„ *tur, poſtea paulum cruoris ſimul excerni uidetur, quando*
„ *videlicet affectus ipſe iam dyſenteria eſt*, quid clarius? In dyſenteria uera eiicitur bilis mordax, non mitis, immò adeo mordax, ut abradat primum, deinde etiam exulceret. Quomodo igitur depoſuit acrimoniam, feruorem, & fœtorem?

Si-

Siquidem experientia oſtendit ea, quæ dicit Gal. eſſe uериſſi ma, nam in uera dyſenteria abraſiones excernuntur, ramenta inteſtinorum, ſanguis, quæ ad rationis examen reuocata oſtendunt, ut, cruorem euocare, ramenta, & quędam pinguia corpuſcula abradere, ſit opus acerrimæ, ne dicam veneficæ qualitatis, qua id, quod preditum eſt, cum de tua ſententia ueritati conſentanea careat omni coctione, nulla uerò euacuatio poſſit propriè critica dici ſine præuia coctione eorum, quę euacuantur: manifeſtum eſt, ut excretio bilis mordaciſſimæ, quæ uerę dyſenterię cauſa eſt, non poſſit propriè critica appellari; quod etiā ſequitur de dyſenteria. quia cum dicas ipſam fieri natura expellente humores bona criſi, denominas eandem criticam à bona condicione euacuationis, qua materia, quæ dyſenteriam efficit, à natura expellitur: tamen conſtat, vt eiuſmodi euacuatio, quia eſt humorū, qui coctionis ſunt omnino expertes, ſit cōdicionis adeò malę, vt propterea dyſenteria ab illa critica denominata ueniat malè accipienda; & ſymptomatica appellanda. quæ cū ita ſe habeant, non eſt, vt pro ipſorū veritate confirmanda alias rationes requiram.

Sed quia aliquis forte poſſet deſiderare, vt dictis robur addiderit Hippocratis, & Galeni auctoritas, age obſeruemus „ Hippocr. 4. aphor. 47. dicere, *excretiones in febribus non in„ termittentibus liuidæ, cruentæ, fœtidæ, biliosæ, omnes malæ: „ & ſi benè exeunt, ſiuè per aluі excretionem, ſiuè per urinas, „ bonæ.* Galenum uerò in com. exponere uoces, *bonæ*, *malę*. „ dicendo, *malę excretiones ſunt prauarum ſigna diſpoſitio„ num, & fiunt ſæpius eodem modo, quo in vlceribus putri„ dis, quibus liquores ſanioſi defluunt, nihil diſpoſitioni conſe„ rentes, nonnumquam uerò ita, ſicuti pus ex abſceſſu diſru„ pto benè expurgans partem patientem. indicia uerò quod*

,, *benè excernatur, maxima ſunt, & coctio, & bona toleran-*
,, *tia, cum ipſis uerò, & morbi ſpecies, & cum his tempus an*
,, *ni, & regio, & ætas, & natura ægrotantis.* In quibus quis deſideret apertius à Gal. euacuationes bonas coctione termi nari? quis ab Hippoc. clarius coctioni attribui prauarũ qualitatum correctionem? non ne nominat ex parte mali exitus liuorem, cruorem, fœtorem, bilem, puta acrimoniam?
,, Igitur ex parte boni euentus reſpondens. *ſi benè exeant*: intelligit ſi ſine liuore, cruore, fœtore, acrimonia; & Galenus
,, talia verba exponens dicendo, *ſi concocta exeant*, comprehẽdit eſſe uerissimum coctione eiuſcemodi qualitates emendari, in quem ſenſum referri pronunciata, de deiectionibus ab Hippocrate 4. Aphor. 21. & 22. conſequitur. quia Hipp. in 21. colorem prauum peioribus deiectionibus adiungit, melioribus laudabiliorẽ. Galenus verò dicit in com. deiectiones ab Hippocrate memoratas in principio eſſe peſſimas, in augmento verò non peſſimas, & id non fuiſſe ab Hippocrate explicatum, quia alibi dixerat ſigna iudicatoria non ſtatim apparere. Quare per deiectiones, quas Hippocr. non peſſimas nuncupat, & deſcribit coloris in meliorem qualitatem mutatione, Gal. reponit iudicatorias, & per peſſimas, eas, quæ coctionis ſignis carent, de quibus cum uerum ſit ipſa numquam in principio morborum apparere, aſſerit Gal. iure dictum ſequenti Aphor. 22. deiectiones nigras incipientibus morbis exeuntes malum portendere.

Dyſenteriam veram imperfectè criticam ad ſymptomaticæ diſtinctionem appellari non poſſe. Cap. IIII.

CVm proximo ſuperiori capite demonſtratũ ſit,niſi fallor,euacuationem,quæ dyſenteriam efficit, & ipſam ſubinde dyſenteriã, dici criticam non debere: quoniam tantum abeſt,vt bonæ euacuationis condiciones habeant, vt eas potius, quæ omninò prauæ ſint,obtineant: profectò videtur probatum,vt eiuſmodi euacuatio,& dyſenteria nullo modo critica dici poſſit. Tamẽ cũ tu occaſionẽ ſuggeras dubitandi an liceat dyſenteriã criticã ſaltem imperfectè nuncupare: quia ſi cõtingat,vt deteriores aliqui morbi in dyſenteriam ueram ante coctionis abſolutionem deſinentes ſummoueantur: videtur id animalis commodo fieri: propoſui etiam explicandum, vt quãuis euacuatio humoris,qui dyſenteriam facit, ſit aliquando utilis,tamen non ſequatur,vt ipſa itidem dyſenteria utilis,& critica dici debeat. Circa quod uerſaturus volo à tuis verbis auſpicari, quæ occaſionem dubitandi exhibent,& à te poſt expoſitam dyſenteriæ generationem, tanquam motum naturæ expurgantis humorem acrem, & noxium, ſunt perplexa oratione,ita prolata. *motus autem naturæ eſt duplex, perfectus,& imperfectus: cum benè in dyſenteria iudicet natura,vt cum expellitur humor,qui naturæ faciebat negotium,& per vias,per quas expelli debet (numquam tamẽ perfectè iudicat,quia motus humoris bilioſi ſegnis, & tardus eſt,& ob tarditatẽ, ac moram exulcerat inteſtina: quãuis bonus certè iudicari debeat.)*

Quibus fortè reſpexiſti, quæ ab Hippocrate ſcripta ſunt 1.epidem.ſ. 2. de Dione apud Silenum ægrotãte, de Critia, apud Xenophanem, de Aretonis filio, & de vxore Mneſiſtrati: quibus omnibus dicit Hippo. malum, quod ea temporis cõſtitutione in Thaſo vagabatur, & erat ardentiſſima febris, tandem in dyſenteriam fuiſſe finitum. Sed non erat propterea dicendum, vt dyſenteria uera ad ſymptomaticæ diſtinctionem poſſit eſſe critica ſaltem imperfectè: quia primò fortè dici poſſet dyſenteriam ab Hippocrate memoratam non fuiſſe uerè dictam, cum ulcere inteſtinorum, ſed cruentam deiectionem, proportione reſpondentem hæmorrhagiæ, ut innuit Gal.com.66. aſſerens, *quibuſdam uerò contigit etiã turbata ventris excretio, aut dyſenterica, quibus per eas partes excrementum uentris eiectum eſt. itaque ex ijs, quæ dicta ſunt. quæque deinceps dicentur, non iam te latebit ſanguinis eruptiones, quæ in febribus ardentibus fiunt ex flaua bile redundante oriri, quæ ſanguini admixta ubi eam deuſſit, multum caloris ad caput cum eo ſurſum fert, ac venas narium diſrumpit, ac ſanguinis profluuium facit.*

Præterea dico, quamuis humoris, qui dyſenteriam facit, euacuatio ſit animali commoda, comparando dyſenteriam cum peioribus morbis, quos ille fouebat, tamen ob id non ſequi, vt dyſenteria ipſa pariter utilis, & critica ad ſymptomaticæ diſtinctionem dici debeat: quia naturæ materiam morbificam ſuperantis, finis eſt aſſimilatio partis utilis, inutilis expulſio, aut extra corpus, aut ad partem minus nobilem. Sed ſi contingat, vt dum uno, uel altero modo natura expellit, id quod eijcitur, noxam inferat aliquam, huiuſmodi noxa eſt prçter naturæ intentionem, & quid accidentaliter conſequens ipſius naturæ finem. Cum igitur natura bonum per ſe reſpiciat; mutatio critica, & naturalis non extendetur vl-

tra id,quod recidit in animalis commodum,& in eo actu expellendi,ſi aliquid incommodi ſuccedat,dicendum eſt, ut id ad aliam mutationem attineat, tanquam ad finem diuerſũ, & à natura alienum; quæ doctrina non eſt uoluntaria, licèt fortè hactenus non explicata,ſed ex rei natura petita. Siquidem illi motus ſunt diuerſi,quorum termini inter ſe differũt: ſed termini expulſionis humorum in criſi imperfecta non ſunt ijdem cum terminis affectus,qui uitio ipſorum humorũ intereà excitatur, ergò expulſio, & eiuſmodi affectus ſunt motus diuerſi; maior eſt per ſe nota, minor probatur conſiderando ea,quæ motum per ſe conſtituunt, & unum reddũt. Conſtituunt autem,vt traditur in lib. 5. phyſ. mobile, tempus,terminus ad quem, terminus à quo, & mouens: reddũt unum unitates triũm priorũ. Quamquàm Linconienſis addit unitatem termini à quo; & nos addere poſſumus unitatẽ motoris ex 8.phyſ. 82. adeò,ut dictorum omnium concurſus,& unitas requiratur pro unius motus conſtitutione; quæ ſi requiramus in expulſione,occurrit mobile ipſe humor inutilis; terminus ad quem,eſſe in parte minus nobili; tempus, illud ſpatium, quod intercedit inter finem motus, & principium; terminus à quo,pars nobilior; mouens, ipſa natura: in prædictis uerò affectibus, mobile eſt pars, quæ afficitur: terminus ad quem,affectus ipſi facti præter naturam; terminus à quo,conſtitutio naturalis;tempus,illud ſpatium,quod terminos intercedit; motor, ipſe humor, qui ſua qualitate, puta mordaci,exulcerat. Quare manifeſtum eſt expulſionis, & affectuum,qui ab humoribus expulſis concitantur, diuerſos eſſe terminos, qui motus numero diuerſos conſtituunt: & ſi animum tali conſiderationi adhibeamus, forſan percipi poteſt,vt expulſio,& eiuſcemodi affectus,non ſolum ſint res numero diſtinctæ,uerum etiam genere: ſcilicet,ut illa ſit motus localis, quatenus translatio eſt à parte ad partem, ipſi uerò affectus quatenus dyſenterici ſunt, attineant ad conti-

nui

nui ſolutionem; proinde ad prædicamentum quantitatis, niſi ſcilicet alterationem coniunctam habeant, cuius ratione pertineant etiam ad prædicamentum qualitatis.

Et ſi quis quærat, quomodo prædicta affectionum impreſſio in aliquam partem ſe habeat ad humores dum expelluntur, animaduertat ille humores in earum affectionum generatione obtinere locum motoris, in expulſione locum mobilis, atque reuocet ſibi in mentem ex Doctiſſimo Gandauēſe quæſt. 1. lib. 5. phyſ. vt omne, quod eſt accidentaliter coniunctum mobili per ſe moto moueatur per accidens, nam cū humores, qui iam in corpore praui ſunt, non moueantur per ſe, niſi quatenus à nobilioribus partibus reiiciuntur, natura ſemper operante per ſe id, quod recidit in animalis commodum: ipſi quidem expulſi erunt mobile per ſe motum, atque ipſorum expulſio, erit motus per ſe, alia uerò mutatio, quæcunque accedat, erit per accidens expulſioni coniuncta, quæ licèt inter ſe diuerſa continuari non poſſint ita, vt ſint unum, tamen ſimul eſſe poſſunt, vt Ariſtoteles ſignificauit ad calcē. 5. phyſ. dicens de motibus, *cohærentes ergo fuerint etiam ij, qui non ſunt ijdem ſpecie, nec genere, qui enim cucurrit aliquis febre ſtatim laborauerit*, & rationem cohęrentiæ explicans ſubiungit, *quare ſunt cohærentia & deinceps, quòd tēpus ſit continuum*, quo loco ſi attendamus, quæ dicit Simplicius circa ea verba, *& deinceps*, nam inquit. *ſi cohærent motus, deinceps etiam ſe conſequuntur: ſi quidem id dixit cohærens, quod tangit, cum deinceps conſequatur, ſed hoc quidem ſit in his, quæ habent poſituram; motus autem, qui ſibi inuicem cohærent, ſunt etiam protinus continui inter ſe commixtis, & confuſis finibus, quòd tempus, quod motum metitur, ſit continuum.* intelligemus motus ſpecie, uel genere diuerſos, nō ſolum poſſe continuari ratione temporis, ſed

etiam

etiam finium commixtione confundi; atque id euenire, quā do natura à nobilioribus partibus, quæ noxia ſunt, extra corpus expellit, hæc ipſa uerò intereà partibus, per quas trā ſeunt, noxam inferunt: quorum utrunque cum diſtingui debeat conſideratione à nobis facta de ijs, quæ ad conſtitutionem, & unitatem motus requiruntur; patet, vt expulſio ipſa naturæ in animalis commodum operantis, ſit unus motus, alius ſit affectio ab humoribus expulſis in partem, per quam feruntur, animalis incommodo introducta: & priorem quidem criticum, poſteriorem ſymptomaticū dicere poſſumus imitatione Ariſtotelis, qui 5. phyſ. 58. alterationis naturalis, & uiolentę exemplum afferens, pro illa iudicatoriam, pro hac non iudicatoriam, & ſymptomaticam reponit.

Igitur tali diuiſione inter humorum expulſionem ad inteſtina utiliter factam, & affectionem ab humorum tranſitu in teſtinis illatam inuenta, non eſt difficile interpretari quaſdā Hippocratis ſententias, quæ nobis aduerſari uidentur: nam
„ cum 6. aphor. 48. grauiſſimus ille autor pronuntiet, *lienoſis*
„ *difficultas inteſtinorum ſuperueniens, bonum*, & 7. aphor. 3.
„ *in furore difficultas inteſtinorum, vel aqua inter cutē, vel*
„ *mentis alienatio bonum*, uidetur concedenda dyſenteria critica: tamen relicta reſponſione, quam aliquis fortè afferret dicendo Hippocr. difficultate inteſtinorum ſignificaſſe deiectionem à dyſenteria propriè ſumpta diſtinctam, nos rei naturam reſpicientes dicamus Hippocr. intellexiſſe non ipſam inteſtinorum difficultatem per ſe, ſed translationem humoris, qui è liene, aut è cerebro euacuatur, & difficultatem efficit, eſſe bonam: uſurpaſſe autem ad id ſignificādum, eas affectiones, quæ à translatione humorum pendent, tanquā res magis notas, & quæ translationem ipſam ſolis effectibus manifeſtam indicare poſſunt, de qua interpretatione ſi quis ambigat, ſatisfacit ipſe Gal. in com, Aphor. cit. lib. 6. inquiens,
qui-

„ *quicunque enim lienoſi ſunt, hoc eſt, qui durum habent lie-*
„ *nem, his ſuperueniens difficultas inteſtinorũ ſoluit diſpoſitio*
„ *nem: quando ſcilicet ratione tranſpoſitionis, atque euacuatio*
„ *nis humorum craſſorum, ac melancholicorum lieni inſertorũ*
„ *euenerit.* ſic Philotheus dicit difficultatem inteſtinorũ bonam eſſe ratione translationis, & vterque in com. aphor. cit. lib. 7. ſententiam Hippoc. eodem modo exponit: quibus ſi licet addere grauiſſimi Braſauolæ auctoritatem, nihil fortaſſe ad noſtræ opinionis confirmationem deerit. Ille igitur ſuis com. in eũdẽ 5. aph. lib. 7. de difficultate ĩteſtinorũ loquutus
„ ſubdit, *hoc ergo erit bonum ratione furoris, at ratione diffi-*
„ *cultatis inteſtinorũ, non erit bonum*: *quia inteſtinorum diffi*
„ *cultas eſt morbus ſatis ſæuus*: quid clarius? Igitur difficultas inteſtinorũ, ſeu dyſenteria, aut alia ſæua affectio in caſu propoſito eueniens, non eſt ſimpliciter bonum, ſed translatio ſola humorum, quorum cauſa cum dyſenteria, aliauè notabilis affectio inducatur, hæc per ſe rationem mali, & rei præter naturam ſubit. quo fit, vt Galenus multis in locis docuerit diarrhœã criticam contingere; quia in tali affectione tranſlatio ſola conſideratur, quæ nullam afferens animali moleſtiam ſubit per ſe rationem boni: & eadem de cauſa fit, ut in eundem ſenſum accipienda ſint, quæ Hippoc. ad finem lib. de iudicat. à prędictis ſuis ſententiis non aliena ſcripta reli-
„ quit: nam cum eo loco legatur, *quibus in febribus aures*
„ *obſurduerunt, his non ſoluta febre inſanire neceſſe eſt, ſol-*
„ *uit autem ſanguis ex naribus erumpens, aut aluus bilioſa*
„ *egerens, aut dyſenteria accedens, aut coxarum, aut genuum*
„ *dolor*: intelligendum uenit, translationem humorum à cerebro ad alias partes eſſe bonum, ſed affectus, qui ab humoribus translatis producuntur, eſſe malum. niſi fortè uelimus cum Valleſio in 2. epidem. ad finem aſſerere Hippoc. in lib.

de

de iudicationibus uſurpare nomen dyſenteriæ, pro quacunque alui perturbatione, atque ita adimamus illi loco vim indicandi dari poſſe dyſenteriam ueram criticam à ſymptomatica contradiſtinctam: ſed eodem modo in Apho.cit.lib. 6. idem nomen accipere poſſemus. Quod cū mihi uideatur penè uoluntarium, non auderem à rei natura diſcedere, & iis, quæ à me hactenus de hac re allata ſunt, contentus, illud tantummodo addiderim, eūdem Valleſium loco cit. 2. epidem. uideri lapſum eſſe, dum locum illum 2.epid.cum loco lib.de iudicat.comparans, ait in utroque loco nomen dyſenteriæ eadem accipi ſignificatione: quia in lib. de iudicat. manifeſtè ſub his uerbis, *aluus bilioſa egerens*, Hippocrates comprehendit diarrhęam ſub his, *aut dyſenteria accedens*, dyſenteriā à diarrhęa diſtinctam. in 2. uerò epidem. habet, *in uolu-lo tenui frigidum vinum, multum, merum ſecundum rationem dare uſque dum ſomnus ſit, aut crurum dolor fiat: ſoluit autem, & febris, & dyſenteria ſine dolore,* quibus apertè Hippoc. ſolam diarrhæam innuit, vt ipſe etiam Valleſius concedit, ad diſtinctionem dyſenteriæ; quam ab illa per dolorē diſtingui idem aſſerit. Sed aliquando in rebus parui momēti facilius, quā in magnis, decipi viros doctos accidit, quoniam alta mente præditi, dum huius impetu in ſublimia feruntur, ſi quæ humilia occurrunt, uix attingunt: tamen aliquando.

.... *In tenui labor, at tenuis non gloria.*

quamobrem decet maioribus omni quidem animi feruorē incumbere, minimis autem ſaltem diligentiæ nomine aliquam operam præſtare.

Symptomaticam dyſenteriam non eſſe cauſa externa definiendam, & humori bilioſo tarditatem tribui non debere. Cap. V.

Poſtquam oſtẽdimus dyſenteriã propriè dictam non poſſe, ad diſtinctionem ſymptomaticę, criticam appellari; iam tempus eſt, vt ab hac tertia exercitatione nos expediamus: ideò reuertamur ad tua dicta; quibus diuiſa dyſenteria in criticam, & ſymptomaticam ais, *Symptomaticam appello dyſenteriam, quæ fit ab acribus pharmacis, vel à venenato poculo, vel à vulnere in inteſtinis inflicto, in ſumma, quæ ab extrinſeca originem ducit cauſa aliquapiam modum excedente. criticam porrò dicimus factam à natura humorem acrem, & noxium expurgante:* in quibus ſi dyſenteriæ ſymptomaticæ cauſam intelligis externam ſolùm procatarcticam nuncupatã, uideris à Gal. doctrina abeſſe, qui 3. de ſymptom. cauſ. cap. 2. aſſiduarum excretionum duas cauſas enumerat: alteram imbecillitatem inſtrumentorum, quæ in uentre ſunt: alteram demorſum, & relata imbecillitate in intemperiẽ ait, *demorſus autẽ ab ijs fit, quæ in ipſis continentur. porrò quatuor cauſæ generationis ſunt eorum, quæ ſic mordent, vel medicamentoſa quæpiam uis, eaque vel una cum cibis, vel per ſe ipſam aſſumpta, vel etiam ciborum corruptelæ: prætereà tum, quæ ex corpore in uentrem mordacia excrementa confluũt, tum quæ in ipſo id genus gignuntur, velut in dyſenterijs, quæ ex vlceribus malignis cientur.* Quod ſi dyſenteriæ malignæ, quæ per excellentiam ſymptomaticæ fortè nuncupari poſſunt, ab excrementis cientur genitis in ipſo uẽtre, quomodo uerum erit ſymptomaticam dyſenteriam externa cauſa definiẽdam eſſe? id ipſum à Galeno aſſeritur 6. de loc. patientibus cap. 2. ſupra cit. ubi tradens ille modum genera-

„ tionis ipſius dyſenteriæ inquit, *neque enim repente, & af-*
„ *fatim ſit huiuſmodi affectus, id quod in eo, quem hepatis ui-*
„ *tio accidere diximus, fieri ſolet: atque proprias etiam habet*
„ *notas. etenim protinus ab ipſis initio bilis mordax ſecerni-*
„ *tur, quam deinde interaneorum abraſiones ſequuntur, po-*
„ *ſtea paulum cruoris ſimul excerni videtur; quando uideli-*
„ *cet affectus ipſe iam dyſenteria eſt.* Siquidem bilem morda-
cem temporis ſpatio inteſtina abradentem, & vlcus in ipſis excitantem quis cauſam dixerit externam?

Si verò dicas te per cauſam externam non intelligere procatarcticam ſolam, ſed his verbis, *in ſumma, quæ ab extrinſeca originem ducit cauſa aliquapiam modum excedente,* comprehendere etiam cauſam antecedentem nuncupatam adeò, vt tua dyſenteria ſymptomatica ſequatur cauſam, quæcumque ſit, ſiuè externa, ſiuè interna, quæ modum excedat ad diſtinctionem criticæ, quę naturæ motum ſequitur: ſanè uidearis reſpexiſſe eorum peripateticorum opinione, qui rectè explicantes quid ſit ambiens, & externum ab Ariſtotele in diffinitione putredinis aſſumptum, dicunt illud intelligendū eſſe, non vt ſit aer, & aqua, ſed ut acceptum uniuersè complectatur etiam omne continens, à quo res putrefieri poſſit.

Tamen talis intellectus non eſt tuo docendi modo conſentaneus: quia cum ad cauſas dyſenteriæ ſymptomaticæ ſpeciatim declarandas deuenis, & recenſes acria pharmaca, venenatū poculum, vulnus in inteſtina inflictum, ... inde illa ſubiungis, *in ſumma, &c.* vid... merationem omnium cauſ... ſimiles ſint, &...

aut putredine; exemplo allato eorum, quæ elixatione coquũtur, nempè muſto, & eorum, quæ putredine, ſcilicet humoribus crudis in animalibus, & excrementis; atque declarato modo, quo his accidit, vt ſic afficiantur; quippè cum materia, & humor fuerit euictus, & à calore naturali determinatus: declarabat id ſpeciatim de excrementis ex corpore eductis, vt ex quibus intelligatur calorem naturalem perſeuerare, & eſſe humore potentiorem, factaque mentione urinæ, & aliarum eiectionum, uelut eorum, quæ primum locum in excrementis obtinent, reliqua omnia excrementa generaliter adiiciebat his verbis, *& omnino excrementa*, quæ cum idẽ ualeant, ac ſi interpres dixiſſet, & in ſumma excrementa, uel interprete Euſtratio in cap. 7. lib. 6. hectic. & abſolutè excremẽta, credibile eſt, quando loqueris de cauſa externa, & de ipſa exemplum particulariter affers acria pharmaca, uenenatum poculum, vulnus; deinde ſtatim addis, *& in ſumma, quæ ab extrinſeca cauſa quapiam originem habet modum excedente*, vt tu ſolertiſſimus Ariſtotelis imitator tunc loquaris de cauſa ita externa, uelut acria pharmaca, uenenatum poculũ, vulnus externa ſunt, & nolis cauſam antecedentem comprehendere.

Cæterùm diuiſo naturæ motu in perfectum, & in imperfectum dicebas, *cum bene in dyſenteria iudicet natura, ut cum expellitur humor, qui naturæ faciebat negotium, & per uias, per quas expelli debet, nunquam tamen perfectè iudicat, quia motus humoris bilioſi ſegnis, ac tardus eſt; & ob tarditatem, ac moram exulcerat inteſtina, quamuis bonus certè iudicari debeat*, in quibus poſſit aliquis maiorem perſpicuitatem deſiderare, & mirari te humori bilioſo tribuere tarditatem, cum uelocitas ſit eius quidam character: ut propterea Gal. 3. in praſagia 37. acutiſſimos eſſe morbos aſſerat, qui maximè ſunt bilioſi: patet autem acutos morbos eſ-

ſe celeres,& Galenum acutiſſimos exponere, qui citò decernunt: in quem ſenſum libro artis Medicæ ſenſuum perſpicacitas cerebro calido, & ſicco; cordi ſic diſpoſito promptitudo ad actiones adſcribitur; nihilque tam frequenter occurrit in Galeni ſcriptis, quàm celeritatem actionum eſſe ſobolem caliditatis, & ſiccitatis, quæ billioſi humoris ſunt propriæ,& inſeparabiles qualitates.

Tamen uerum eſt, vt tu bilioſo humori tarditatem tribuas, fortè deceptus memoria, quæ verba, quibus Galenus 3. aph. 12. pituitam ſalſam dyſenteriæ cauſam eſſe dicit, tibi ſuppeditauit tanquam de bile pronuntiata. Siquidem cū ille loco citato declaraſſet, quomodo in conſtitutione pituitoſis humoribus exuberante contingat dyſenteria, quas quibus de cauſis acquirat qualitates expoſuiſſet, ſubdidit,
„ *ea igitur, quæ fit in præſenti conſtitutione pituita; propter*
„ *eam, quæ fuit in hyeme caliditatem, ſalſa erit; & hac ra-*
„ *tione maximè difficultatem inteſtinorum generabit, quan-*
„ *do longiori tempore mordens, atque abradens inteſtinum*
„ *offendet. Nam propter lentorem inter exeundum in inte-*
„ *ſtinis adhærens, & immorans, ſemperque ipſa propter qua*
„ *litatem detergens, facit inteſtinorum difficultatem*; quæ te in Galeni diſciplina uerſatiſſimum fugere non debebant; immò te omnium ſubtiliſſimum indagatorem, & Græcarū literarum non ignarum par erat inuenire in Greco Braſauoli contextu illa ſubſequi; καὶ ἔστιν αὕτη χαλεπωτάτη δυσεντερία. ἐπειδὴ ὁ μὲν χολώδης χυμὸς τῇ διόδῳ ποιεῖ, οὗτος δὲ γλίσχρος ὢν ἐναπομένει καὶ μένων ὅτι πλέον ἑλκοῖ, ideſt,& eſt hæc
„ difficultas inteſtinorū difficillima, quoniam bilioſus humor in tranſitu facit, uel permeat: hic uerò tenax exiſtens permanet, & permanens amplius exulcerat; quæ è diametro tuis oppoſita magnam iure de te concitare poſſunt admirationē.

FINIS LIBRI PRIMI.

FABIO PACIO

Philoſopho, ac Medico Clariſsimo.

Ioannes Baptiſta Imperialis S. D.

MVlta mihi perſuadent, ut tibi ea nuncupem, quibus Alexandri Maſſariæ dignitatem defendere cœpi. Primum quia inter illum, & te ea neceſsitudo, & beneuolentia interceſsit, quæ tam te ad illius existimationem, quam illum ad tuam mutuà propagandam, & tuendam inflammauit: deinde, quia ea eſt tua bonarum artium, & ſcientiarum peritia, ut omnibus nationibus illuceat tui nominis ſplendor, ex quo mea ſatis obſcura poſſunt non paruam lucem ſuſcipere. Quibus ſi fortè accedat, ut tu ille ſis, quem pro iure mihi communi fortiter, & feliciter pugnaſſe nunciatum eſt: ſperabo fore, ut omnis occaſio reſcindendi Maſſariæ famam Aduerſarijs adimatur, niſi ipſi ſimiles luctæ imperitis euadant, qui, ut ait Gal. dum à luctæ peritis ſunt proſtrati, ſupinique iacent, tantum abeſt, ut ſe deiectos fateantur, ut etiam à ceruicibus eorum pendeant, & cum eos exſolui non ſinant, uincere ſe interim affirment:

ment: quod tamen ab Aduerſarijs abeſſe credo; quamquam ſenili ætate conſtituti ſunt, qua homines Diui Hieronymi ſententia difficilè mutant linguam, &, vt Horatius loquitur,

---nil rectum, niſi quod placuit ſibi, ducunt,
Et--- turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere, ſenes perdenda fateri.

Sed ſi illi potius ſibi, quàm ueritati, cui omnia præferenda eſſe prædicant, inſeruierint; incōſtantiæ à nobis, pertinaciæ ab alijs, quibus totius controuerſiæ deciſio commiſſa eſt, arguentur. Demum cauſis, quibus decreui Maſſariæ defenſionem qualemcunque à me inceptam tibi dicare, accedit ſingulare officium, quo me in omnibus ſtudiis meis, quæ tecū ſemper communicaui, amiciſſimè proſequutus es. Quam ob rem ſicut olim non debui ſtudioſis inuidere, ut præcipuum munus docendi in clariſſimis Academiis tibi ablatum ſuſciperes; ita nunc te præſente frui, cuius etiam remotiſsimi iudicium quærerem, mihi ſummoperè gaudendum eſſe exiſtimo; qui cum antea tuæ humanitati pari animo reſponderim, nunc re, licèt parui momenti, volui aliqua ex parte reſpondere, ut tibi non deſit argumentum deſiderii, quo teneor demonſtrandi ſtudium tuum in me poſitum, non fuiſſe in homine ingrato collocatum. Vale.

D. Vicetiæ, pridie Idus Ianuarii. MDCII.

IOANNIS BAPTISTAE IMPERIALIS.

EXOTERICARVM EXERCITATIONVM
Ad Horatium Augenium.

LIBER SECVNDVS.
EXERCITATIO QVARTA.

Autorem ueritate duce defenſionem quandam Maſſariæ ſuſcipere, ſuſpicari illum mortuum fuiſſe oppugnatum, & illius decretum de ſcopis mittendi ſanguinem à Franciſci Valleſii placitis diſſentire. Cap. I.

Mihi lectionem tuorum librorum proſequenti nihil occurrere poterat iniucundius ijs notis, quas Alexandro Maſſariæ inurere contendis. Nam cum impotenti adeo animo illum appetas, vt uel ipſo libri titulo acerbitatis tuæ uirus aſpergas, uereri poſſum, ſi illius patrocinium ſuſcipiam, te forſan in me ipſum ſæuiſſimos aculeos emiſſurum. Quæ res certè cum me iam multos dies redderet ancipitem, an cœptæ exercitationi hac in parte inhęrerem, ſuaſit aliquando, vt hanc prouinciam ijs relinquerem, qui cum incredibili, ne dicam illiberali ſtudio, fortè etiam inutili lucubrationes quaſdam Alexandri Maſſariæ repentino caſu defuncti ſibi compararint, deberent ex illius proprio pęnu iuſtam eiuſdem defenſionem depromere. Sed dum attentius cauſas tuæ in loquendo procacitatis perpendo, uideo te declarare nulla alia re magis fuiſſe commotum, quàm iniuriis, quibus ille uiſus eſt tibi acerrimè perſonam, & dignitatem tuam contra ueritatem ſcribendo inſecta-

ſectari. In quo munere præſtando cum ita me ſentiam natu-
ra eſſe diſpoſitum, vt uix prouocatus temperantiæ terminos
excedam, mihique propoſitum ſit non ſingula, quæ pertur-
batè inculcantur, ſed ſumma quædam tantùm capita ad ue-
ritatem ſpectantia non ſine aliqua doctrina perſequi: ſpera-
re poſſum tibi occaſionem demptum iri mea ſiniſtrè accipie-
di, & tractandi; unde mihi liceat cœptum opus urgendo pri
mùm ſuſpicari te ad Alexandrum Maſſariam iam defunctũ,
quaſi hoc ſpiritu fruentem ſcribere. Nam libri ſecundi, quẽ
præ manibus habemus capite 8. inquis, *quis crederet Maſ-
ſaria te iam iam moribundum de viris probis, &c. hæc,
&c. enuntiaſſe?* & in fine eiuſdem lib. *ego enim uindictam
Domino, quem ex corde precor, tum ut miſereatur tui, &c.*
quarum orationum poſteriorem quicumque comparet ei,
qua initio epiſt. 45. tomi 3. de Maſſaria mortuo agis, facilè
ſuſpicabitur, vt illius manes compellaueris, quod tamen ex
earũ priore faciliùs coniici poteſt. Quia licet quidẽ dicere
hominem ſeptuagenarium uitalis curriculi fini eſſe proxi-
mum, & à Deo Optimo Maximo improuiſa morte perdi
poſſe: ſed tibi Maſſariæ obitum inſtantem, & ad perdi-
tionem repentino motu tendentem diuinari datum eſſe
non poterat. Siquidem ratio, qua aſſequi id potuiſſes,
phyſica fuiſſet coniectura: at certi aliquid ea ſignificari
non potuiſſe res ipſa teſtatur. Quando ille pro ſua ætate eſ-
ſet admirabili uigore, & ſanitate præditus, tu uerò infirmo
corpore, & lãguentibus adeo uiribus, vt fateâris cap. 11. cit.
ab ingraueſcente ætate oculos redditos eſſe tibi caligantes;
vnde tibi timendum magis fuiſſet de uitæ tuæ mutatione cũ
morte, illo in viuis manente, facienda, quàm audendum illi
extremum diem obeundum, te ſuperſtite, uaticinari. Quod te
poſt eius mortem feciſſe demonſtratur; quia cap. 5. epiſt. 44.
tui 3. tomi de Maſſaria ais, *Faxit Deus, ne percrevet ille ſu-*

bitò, quæ cum ſcripſeris 2. Settemb. 1599. ille uerò multo ante obierit, probant omnem tuam ſimilem prædicendi rationem, licèt ijs coniunctam, quæ uiuenti homini conueniāt, referendam eſſe in ſimulationem minus ingenuam, & Solonis ſapientiſſimi decreto damnandam, quo, vt legitur apud Demoſthenem aduerſus Leptinē, ſtatuit ille nefas eſſe mortuo maledicere.

Præterea uolens declarationem modi, quo Maſſariam in priori ſua diſputatione de ſcopis mittendi ſanguinis tuam perſonam, & dignitatem inſectatum eſſe dicis, Nā cuilibet illam diſputationem legenti conſtare poteſt, in ipſa de tua perſona ne uerbum quidem factum, de tua uerò dignitate nihil detractum fuiſſe: niſi quantum diſſentientium inter ſe ueritatis cauſa uſitatæ reprehenſiones tulerint. Pariter tempus conterendum non eſſe iudico in declarando, quomodo Maſſaria in ſuis poſterioribus diſputationibus apologeticis tecū, vt tu illum feciſſe ais, ſolis contumeliis, neglecta prorſus re diſputanda, non egerit. Nam ſi tuam opinionem rationibus, iiſque ualidiſſimis non oppugnaſſet, credibile eſt te, aut reſponſionem fuiſſe detrectaturum, eam doctorum iudicio prudenter relinquendo; aut citius quam feciſti, nempè ante biennium in publicam huiuſmodi arenam deſcenſurum: niſi fortè tua in ſcribendo petulantia Venetiis ab æquo, pioque cenſore ſilentii tenebris deſtinata, fecit ut tua reſponſio loco dūtaxat liberiore imprimi potuerit, & in ipſum tranſlata ſeriùs in lucem prodierit.

Sed his ita omiſſis me confero ad declarandum, an humaniter, vt dicis, Maſſariæ reſponderis: quod cum aptè fieri poſſit ex humanitatis percepta ſignificatione, recipio ex Aulo Gellio lib. 14. cap. 15. humanitatem dici uno modo Græcè φιλανθρωπίαν latinè dexteritatem quandam, beneuolentiāque erga omnes homines promiſcuam: altero modo Græcè παιδείαν, latinè eruditionem in bonas artes: & ex D. Augu-

ſtino lib. 2. de ciuit. Dei iuxta Platonis mentem in lib. de Repub. uſurpari etiam pro natura, qua homines ſumus; & de qua in ſacris litteris fit mentio ad diuinæ naturæ diſtinctionem. Quibus poſterioribus acceptionibus, ut intelligi non poſſit te Maſſariæ reſpondiſſe, tu ipſe declaras: quia ſubiungens te ſine aliquo malo animi affectu id effeciſſe, ſuggeris tuorum uerborum interpretationem in priore humanitatis acceptione faciendam: ſcilicet te reſpondiſſe facilè, tractabiliter, & beneuolè, ut cum Aulo Gellio in loco citato loquar; & reſpondiſſe animo in acerbiſſima iniuria remiſſo, ac diſſoluto, vt loquar cum Cicerone lib. 5. epiſtol. famil. ad Q. Metellum, Q. F. celerem; quod, licèt conceſſerim te aſperrimè fuiſſe tractatum, tamen tantum abeſt, vt abs te factum fuerit, vt potius morboſi animi notabile indicium præbueris. Quæſo enim: cum Maſſaria tuo nomini peperciſſet, non ne id tibi amicè agere profitenti faciundum quoque fuit? Profectò id argumento eſſe uidetur, te uoluiſſe illum in cunctorũ inuidiã, & odium trahere. Cum uerò ille in priore ſua diſputatione de ſcopis mittẽdi ſanguinem perpendiſſet Franciſci Valleſiii ſententiã, & ab ipſa ſapienter diſceſſiſſet, tu dixiſti vtrumque pronuntiaſſe, in omni morbo magno aliis ſcopis conſentientibus mittendum eſſe ſanguinem: at Valleſium intellexiſſe magnitudinem morbi indicare per accidens venæ ſectionem, & indifferenter ſe habere ad ipſam, & ad purgationem: Maſſariam verò intellexiſſe magnitudinem morbi indicare uenæ ſectionem per ſe, ſemper, & ſolam: quod ſicut uidetur à te factum fuiſſe, vt laudem Maſſariæ conatibus adimeres, quaſi ille in re iam inuenta illuſtranda inanẽ operam poſuerit: ita teſtatur illum in præcipui inſtituti explicatione diſſentiſſe à Valleſio, & eſſe ea laudem dignum, quæ illis debetur, qui ueritatem obliquè protractam, ad re-
m traducere viam contendunt. Sed quanta commenda-

ſit iudicium, qui in te iam malis fœminis Maſſariam compa-rante, & cap. 8. lib. 2. ſupracitati eum carnificem tacitè, ne di-cam turpiter, uocante, maiorem iurè modeſtiam deſiderant, ac ſuſurrant te paſſim doctrinæ Hippocraticæ, & Galenicæ ignorationem oratione prorſus abiecta illi obiicientem, uide-ri nihil deliberatius habere, quàm vt illius famam quacun-que ratione poſſis, non iudicio, neque diſceptatione, ſed ui, atque impreſſione obruas. Cuius certè conſilii argumentũ non paruum exhibes, cùm eundem inter nouatores noſtri tẽ-poris recenſes. Verùm quia id abs te factum fuiſſe, tibi iniu-rià tribui, & quamquam fuiſſet factum, non debere tamen da-ri uitio conaris probare Nouatoris ſignificatione penes uo-cem, & penes rem longiſſimè quæſita: neceſſarium eſt, ut e-go quàm breuiſſime fieri poterit, demonſtrem, ſicut fecero, primùm illo nomine notatum fuiſſe etiam Maſſariam: dein-de eodem nomine in doctrina Hippocratis, & Galeni tractã-da uſurpato ſemper mali aliquid deſignari.

Maſſariam ab Augenio Nouatorem appellari, & præclariſſimum eſſe ab eodem etiam nolente concedi. *Cap. II.*

VT probes Maſſariam in Nouatorum numero repoſitum non fuiſſe titulis tuorum librorũ, cùm decem de ratione curandi per ſangui-nis miſſionem, tũ ſeptem, quibus poſtremò eadem de re uberiùs diſputaſti; proponis pri-mò titulos omniũ dictorũ librorũ, deĩde tẽpora, quibus decẽ illi fuerunt impreſſi, quinque deſcribis: quod facere uideris, quia cum eiuſmodi temporũ tria fuerint editione diſputatio-nis Maſſariæ de ſcopis priora, duo poſteriora; tituli uerò ſem-per ijdem aduerſus Nouatores fuerint tuis libris appoſiti; probabile eſt te uſum eiuſmodi inſcriptione temporibus edi-tione diſputationis Maſſariæ poſterioribus, feciſſe id uetere

po-

„ tionis ipſius dyſenteriæ inquit, *neque enim repente, & af-*
„ *fatim fit huiuſmodi affectus, id quod in eo, quem hepatis ui-*
„ *tio accidere diximus, fieri ſolet: atque proprias etiam habet*
„ *notas. etenim protinus ab ipſis initio bilis mordax ſecerni-*
„ *tur, quam deinde interaneorum abraſiones ſequuntur, po-*
„ *ſtea paulum cruoris ſimul excerni videtur; quando uideli-*
„ *cet affectus ipſe iam dyſenteria eſt.* Siquidem bilem mordacem temporis ſpatio inteſtina abradentem, & vlcus in ipſis excitantem quis cauſam dixerit externam?

Si verò dicas te per cauſam externam non intelligere procatarcticam ſolam, ſed his verbis, *in ſumma, quæ ab extrinſeca originem ducit cauſa aliquapiam modum excedente*, comprehendere etiam cauſam antecedentem nuncupatam adeò, vt tua dyſenteria ſymptomatica ſequatur cauſam, quæcumque ſit, ſiue externa, ſiue interna, quæ modum excedat ad diſtinctionem criticæ, quę naturæ motum ſequitur: ſanè uidearis reſpexiſſe eorum peripateticorum opinionē, qui rectè explicantes quid ſit ambiens, & externum ab Ariſtotele in diffinitione putredinis aſſumptum, dicunt illud intelligendū eſſe, non vt ſit aer, & aqua, ſed ut acceptum uniuersè complectatur etiam omne continens, à quo res putrefieri poſſit.

Tamen talis intellectus non eſt tuo docendi modo conſentaneus: quia cum ad cauſas dyſenteriæ ſymptomaticæ ſpeciatim declarandas deuenis, & recenſes acria pharmaca, venenatū poculum, vulnus in inteſtina inflictum, atque ſubinde illa ſubiungis, *in ſumma, &c.* videris velle fugere enumerationem omnium cauſarum, quæ proximè à te enarratis ſimiles ſint, & velle generatim illas omnes comprehendere: ſic enim & Ariſtoteles loco ſupra citato quarti Metheorum, agens de concoctione eorum, quæ formam non mutant, ſed

aut putredine; exemplo allato eorum, quæ elixatione coquũtur, nempè muſto, & eorum, quæ putredine, ſcilicet humoribus crudis in animalibus, & excrementis; atque declarato modo, quo his accidit, vt ſic afficiãtur; quippè cum materia, & humor fuerit euictus, & à calore naturali determinatus: declarabat id ſpeciatim de excrementis ex corpore eductis, vt ex quibus intelligatur calorem naturalem perſeuerare, & eſſe humore potentiorem; factaque mentione urinæ, & aliarum deiectionum, velut eorum, quæ primum locum in excrementis obtinent, reliqua omnia excrementa generaliter adiiciebat his verbis, *& omnino excrementa*, quæ cum idẽ ualeant, ac ſi interpres dixiſſet, & in ſumma excrementa, uel interprete Euſtratio in cap. 7. lib. 6. hectic. & abſolutè excremẽta, credibile eſt, quando loqueris de cauſa externa, & de ipſa exemplum particulariter affers acria pharmaca, uenenatum poculum, vulnus; deinde ſtatim addis, *& in ſumma, quæ ab extrinſeca cauſa quapiam originem habet modum excedente*, vt tu ſolertiſſimus Ariſtotelis imitator tunc loquaris de cauſa ita externa, uelut acria pharmaca, uenenatum poculũ, vulnus externa ſunt, & nolis cauſam antecedentem comprehendere.

Cæterùm diuiſo naturæ motu in perfectum, & in imperfectum dicebas, *cum bene in dyſenteria iudicet natura, ut cum expellitur humor, qui naturæ faciebat negotium, & per uias, per quas expelli debet, nunquam tamen perfectè iudicat, quia motus humoris biliosi ſegnis, ac tardus eſt, & ob tarditatem, ac moram exulcerat inteſtina, quamuis bonus certè iudicari debeat*, in quibus poſſit aliquis maiorem perſpicuitatem deſiderare, & mirari te humori bilioſo tribuere tarditatem, cum uelocitas ſit eius quidam character: ut propterea Gal. 3. in præſagia 37. acutiſſimos eſſe morbos aſſerat, qui maximè ſunt bilioſi: patet autem acutos morbos eſ-

ſe

FABIO PACIO

Philoſopho, ac Medico Clariſsimo.

Ioannes Baptiſta Imperialis S. D.

MVlta mihi perſuadent, ut tibi ea nuncupem, quibus Alexandri Maſſariæ dignitatem defendere cœpi. Primum, quia inter illum, & te ea neceſsitudo, & beneuolentia interceſsit, quæ tam te ad illius existimationem, quàm illum ad tuam mutuò propugandam, & tuendam inflammauit: deinde, quia ea eſt tua bonarum artium, & ſcientiarum peritia, ut omnibus nationibus illuceat tui nominis ſplendor, ex quo mea ſatis obſcura poſſunt non paruam lucem ſuſcipere. Quibus ſi fortè accedat, ut tu ille ſis, quem pro iure mihi communi fortiter, & feliciter pugnaſſe nunciatum eſt: ſperabo fore, ut omnis occaſio reſcindendi Maſſariæ famam Aduerſarijs adimatur, niſi ipſi ſimiles luctæ imperitis euadant, qui, ut ait Gal. dum à luctæ peritis ſunt proſtrati, ſupinique iacent, tantum abeſt, ut ſe deiectos fateantur, ut etiam à ceruicibus eorum pendeant, & cum eos exſolui non ſinant, vincere ſe interim affirment:

IOANNIS BAPTISTAE IMPERIALIS.

EXOTERICARVM EXERCITATIONVM Ad Horatium Augenium.

LIBER SECVNDVS.

EXERCITATIO QVARTA.

Autorem ueritate duce defenſionem quandam Maſtariæ ſuſcipere, ſuſpicari illum mortuum fuiſſe oppugnatum, & illius decretum de ſcopis mittendi ſanguinem à Franciſci Valleſii placitis diſſentire. *Cap. I.*

MIhi lectionem tuorum librorum proſequenti nihil occurrere poterat iniucundius ijs notis, quas Alexandro Maſſariæ inurere contendis. Nam cum impotenti adeo animo illum appetas, vt uel ipſo libri titulo acerbitatis tuæ uirus aſpergas, uereri poſſum, ſi illius patrocinium ſuſcipiam, te forſan in me ipſum ſæuiſſimos aculeos emiſſurum. Quæ res certè cum me iam multos dies redderet ancipitem, an cœptæ exercitationi hac in parte inhęrerem, ſuaſit aliquando, vt hanc prouinciam ijs relinquerem, qui cum incredibili, ne dicam illiberali ſtudio, fortè etiam inutili lucubrationes quaſdam Alexandri Maſſariæ repentino caſu defuncti ſibi compararint, deberent ex illius proprio pęnu iuſtam eiuſdem defenſionem depromere. Sed dum attentius cauſas tuæ in loquendo procacitatis perpendo, uideo te declarare nulla alia re magis fuiſſe commotum, quàm iniuriis, quibus ille uiſus eſt tibi acerrimè perſonam, & dignitatem tuam contra ueritatem ſcribendo in-

ſectari. In quo munere præſtando cum ita me ſentiam natu-ra eſſe diſpoſitum, vt uix prouocatus temperantiæ terminos excedam, mihique propoſitum ſit non ſingula, quæ perturbatè inculcantur, ſed ſumma quædam tantùm capita ad ueritatem ſpectantia non ſine aliqua doctrina perſequi: ſperare poſſum tibi occaſionem demptum iri mea ſiniſtrè accipiēdi, & tractandi; unde mihi liceat cœptum opus urgendo primùm ſuſpicari te ad Alexandrum Maſſariam iam defunctū, quaſi hoc ſpiritu fruentem ſcribere. Nam libri ſecundi, quē præ manibus habemus capite 8. inquis, *quis crederet Maſſaria te iam iam moribundum de viris probis, &c. hæc, &c. enuntiaſſe?* & in fine eiuſdem lib. *ego enim uindictam Domino, quem ex corde precor, tum ut miſereatur tui, &c.* quarum orationum poſteriorem quicumque comparet eī, qua initio epiſt. 45. tomi 3. de Maſſaria mortuo agis, facilè ſuſpicabitur, vt illius manes compellaueris, quod tamen ex earū priore faciliùs coniici poteſt. Quia licet quidē dicere hominem ſeptuagenarium uitalis curriculi fini eſſe proximum, & à Deo Optimo Maximo improuiſa morte perdi poſſe: ſed tibi Maſſariæ obitum inſtantem, & ad perditionem repentino motu tendentem diuinari datum eſſe non poterat. Siquidem ratio, qua aſſequi id potuiſſes, phyſica fuiſſet coniectura: at certi aliquid ea ſignificari non potuiſſe res ipſa teſtatur. Quando ille pro ſua ætate eſſet admirabili uigore, & ſanitate præditus, tu uerò infirmo corpore, & lāguentibus adeo uiribus, vt fatearis cap. 11. cit. ab ingraueſcente ætate oculos redditos eſſe tibi caligantes: vnde tibi timendum magis fuiſſet de uitæ tuæ mutatione cū morte, illo in viuis manente, facienda, quàm audendum illi extremum diem obeundum, te ſuperſtite, uaticinari. Quod te poſt eius mortem feciſſe demonſtratur: quia cap. 5. epiſt. 44. tui 2. tomi de Maſſaria ais, *Faxit Deus, ne percrepet ille ſu-*

bitò, quæ cum ſcripſeris 2. Settemb. 1599. ille uerò multo ante obierit, probant omnem tuam ſimilem prædicendi rationem, licèt ijs coniunctam, quæ uiuenti homini conueniat, referendam eſſe in ſimulationem minus ingenuam, & Solonis ſapientiſſimi decreto damnandam, quo, vt legitur apud Demoſthenem aduerſus Leptinē, ſtatuit ille nefas eſſe mortuo maledicere.

Prætereo uolens declarationem modi, quo Maſſariam in priori ſua diſputatione de ſcopis mittendi ſanguinis tuam perſonam, & dignitatem inſectatum eſſe dicis; Nā cuilibet illam diſputationem legenti conſtare poteſt, in ipſa de tua perſona ne uerbum quidem factum, de tua uerò dignitate nihil detractum fuiſſe: niſi quantum diſſentientium inter ſe ueritatis cauſa uſitatæ reprehenſiones tulerint. Pariter tempus conterendum non eſſe iudico in declarando, quomodo Maſſaria in ſuis poſterioribus diſputationibus apologeticis tecū, vt tu illum feciſſe ais, ſolis contumeliis, neglecta prorſus re diſputanda, non egerit. Nam ſi tuam opinionem rationibus, iiſque ualidiſſimis non oppugnaſſet, credibile eſt te, aut reſponſionem fuiſſe detrectaturum, eam doctorum iudicio prudenter relinquendo; aut citius quam feciſti, nempè ante biennium in publicam huiuſmodi arenam deſcenſurum: niſi fortè tua in ſcribendo petulantia Venetiis ab æquo, pioque cenſore ſilentii tenebris deſtinata, fecit ut tua reſponſio loco dūtaxat liberiore imprimi potuerit, & in ipſum tranſlata ſeriùs in lucem prodierit.

Sed his ita omiſſis me confero ad declarandum, an humaniter, vt dicis, Maſſariæ reſponderis: quod cum aptè fieri poſſit ex humanitatis percepta ſignificatione, recipio ex Aulo Gellio lib. 14. cap. 15. humanitatem dici uno modo Græcè φιλανθρωπίαν latinè dexteritatem quandam, beneuolentiāque erga omnes homines promiſcuam: altero modo Græcè παιδείαν, latinè eruditionem in bonas artes: & ex D. Augu-

ſtino lib. 2. de ciuit. Dei iuxta Platonis mentem in lib. de Repub. uſurpari etiam pro natura, qua homines ſumus; & de qua in ſacris litteris fit mentio ad diuinæ naturæ diſtinctionem. Quibus poſterioribus acceptionibus, ut intelligi non poſſit te Maſſariæ reſpondiſſe, tu ipſe declaras: quia ſubiungens te ſine aliquo malo animi affectu id effeciſſe, ſuggeris tuorum uerborum interpretationem in priore humanitatis acceptione faciendam: ſcilicet te reſpondiſſe facilè, tractabiliter, & beneuolè, ut cum Aulo Gellio in loco citato loquar; & reſpondiſſe animo in acerbiſſima iniuria remiſſo, ac diſſoluto, vt loquar cum Cicerone lib. 5. epiſtol. famil. ad Q. Metellum, Q. F. celerem; quod, licèt conceſſerim te aſperrimè fuiſſe tractatum; tamen tantum abeſt, vt abs te factum fuerit, vt potius morboſi animi notabile indicium præbueris. Quæſo enim: cum Maſſaria tuo nomini peperciſſet, non ne id tibi amicè agere profitenti faciundum quoque fuit? Profectò id argumento eſſe uidetur, te uoluiſſe illum in cunctorũ inuidiã, & odium trahere. Cum uerò ille in priore ſua diſputatione de ſcopis mittẽdi ſanguinem perpendiſſet Franciſci Valleſii ſententiã, & ab ipſa ſapienter diſceſſiſſet, tu dixiſti vtrumque pronuntiaſſe, in omni morbo magno aliis ſcopis conſentientibus mittendum eſſe ſanguinem: at Valleſium intellexiſſe, magnitudinem morbi indicare per accidens venæ ſectionem, & indifferenter ſe habere ad ipſam, & ad purgationem: Maſſariam verò intellexiſſe magnitudinem morbi indicare uenæ ſectionem per ſe, ſemper, & ſolam: quod ſicut uidetur à te factum fuiſſe, vt laudem Maſſariæ conatibus adimeres, quaſi ille in re iam inuenta illuſtranda inanẽ operam poſuerit: ita teſtatur illum in præcipui inſtituti explicatione diſſentiſſe à Valleſio, & eſſe ea laudem dignum, quæ illis debetur, qui ueritatem obliquè protractam, ad rectam traducere viam contendunt. Sed quanta commenda-

ſit iudicium,qui in te iam malis fœminis Maſſariam comparante,& cap. 8.lib. 2. ſupracitati eum carnificem tacitè,ne dicam turpiter,uocante,maiorem iurè modeſtiam deſiderant, ac ſuſurrant te paſſim doctrinæ Hippocraticæ, & Galenicæ ignorationem oratione prorſus abiecta illi obiicientem,uideri nihil deliberatius habere, quàm vt illius famam quacunque ratione poſſis,non iudicio, neque diſceptatione, ſed ui, atque impreſſione obruas. Cuius certè conſilii argumentũ non paruum exhibes,cùm eundem inter nouatores noſtri tẽporis recenſes. Verùm quia id abs te factum fuiſſe,tibi iniurià tribui,& quamquam fuiſſet factum,non debere tamen dari uitio conaris probare Nouatoris ſignificatione penes uocem,& penes rem longiſſimè quæſita: neceſſarium eſt, ut ego quàm breuiſſime fieri poterit, demonſtrem, ſicut fecero, primùm illo nomine notatum fuiſſe etiam Maſſariam: deinde eodem nomine in doctrina Hippocratis, & Galeni tractãda uſurpato ſemper mali aliquid deſignari.

Maſſariam ab Augenio Nouatorem appellari, & præclariſſimum eſſe ab eodem etiam nolente concedi. Cap. II.

VT probes Maſſariam in Nouatorum numero repoſitum non fuiſſe titulis tuorum librorũ, cùm decem de ratione curandi per ſanguinis miſſionem, tũ ſeptem, quibus poſtremò eadem de re uberiùs diſputaſti; proponis primò titulos omniũ dictorũ librorũ, deĩde tẽpora, quibus decẽ illi fuerunt impreſſi, quinque deſcribis: quod facere uideris, quia cum eiuſmodi temporũ tria fuerint editione diſputationis Maſſariæ de ſcopis priora, duo poſteriora; tituli uerò ſemper iidem aduerſus Nouatores fuerint tuis libris appoſiti; probabile eſt te uſum eiuſmodi inſcriptione temporibus editione diſputationis Maſſariæ poſterioribus, feciſſe id uetere po-

potius tuo inſtituto,quam conſilio Maſſariam obiurgandi. Sed an res ſic ſe habeat perpendamus, & animaduertamus primò te fucum facere, aſſeuerando in omnibus editionibus tuorum decem librorum eandem prorſus adeſſe inſcriptionem. Nam in Taurinenſi talis eſt. *De ratione curandi per ſanguinis miſſionem libri decem, in quibus extirpatis erroneis opinionibus paſſim hodie apud nonnullos vigentibus, omnia ad hoc argumentum pertinentia ſecundum Galeni doctrinam explanantur.* In qua quis Nouatoris nomen expreſſum affirmet? deinde, concedendo omnes citatos tuos libros eodem titulo fuiſſe inſignitos, ſcilicet aduerſus Nouatores medicos noſtri temporis, ſubiungamus in ſeptem illis fuſiſſime Maſſariam noſtri temporis medicum oppugnari; nam ſequetur Maſſariam eorundem titulo fuiſſe Nouatorē ſignificatum. Cujus illationis neceſſitatem tu uidens maximè urgere, conatus es effugere dicendo, uideri quidem ex inſcriptione librorum, quibus cum Maſſaria diſputas, facilè colligi, te illum in Nouatorum numero conſtituiſſe; ſed niſi te tuum fallit iudicium, non rectè colligi, quia diſputas cum Nouatoribus prȩclariſſimis, quos in præfatione prioris libri diſputationum recenſuiſti. Ideo ne cum laruis ludatur, rem in formam, vt aiunt, rędigamus hoc modo. Omnis Augenii tractatio eſt aduerſus Nouatores medicos noſtri temporis; ſed quædam Augenii tractatio eſt aduerſus Maſſariam noſtri temporis medicum: ergo Maſſaria eſt Nouator medicus noſtri temporis; & eſt argumentum in tertia figura, quod ad primæ modum, Darii, vocatum reducitur, minore ita cōuerſa, vt ſit. Sed Maſſaria Nouator medicus noſtri temporis in quadam Augenii tractatione oppugnatur; ſequitur enim neceſſariò Maſſariam eſſe Nouatorem; nec fugis illationis uim ex tua illa præfatione maiorem propoſitionem,

tores. Quia cum ipſi maiori addas vocem *præclariſſimos*, ſi demus, non concedamus tamen, te diſputationes aduerſus Nouatores præclariſſimos ineundas tuis inſcriptionibus propoſuiſſe, adigitur res eò, ut fateri cogaris Maſſariam non ſolùm Nouatorem, uerùm etiam præclariſſimum per te fuiſſe ſignificatum. Siquidem poſita eiuſmodi propoſitione: omnis Augenij tractatio eſt aduerſus Nouatores medicos noſtri tẽporis præclariſſimos: licet primò addere, ſed quædã Augenii tractatio eſt aduerſus Maſſariam: quoniam huius opinionẽ pluribus diſcutis; deinde ſtatim neceſſariò colligere: ergo Maſſaria eſt Nouator Medicus noſtri temporis præclariſſimus: confecto rurſus in tertia figura argumento ad modum primæ iam dictũ reducendo. Quare ratio tua differẽdi referri debet ad argumentandi modum lib. 8. Top. cap. 4. damnatum eò quia ſecundum ipſum ex ijs, quæ rogata ſunt, non efficitur concluſio nec additis quibuſdam.

Sed prętẹr quã quòd tua interpretatione te in has ſalebras impactũ eſſe ſic declarare licet, poteſt etiam per te ipſum clariſſimè demonſtrari Maſſariam fuiſſe à te Nouatorem appellatum, & in illa tua præfatione comprehenſum, atque in diſputationibus oppugnatum. Nam libri 2. citati c. 14. clariſſima voce prædicas, vt ad ſeptem libros diſputationum perſcribendos fueris excitatus lectione diſputationis de ſcopis à Maſſaria editæ, & tibi Venetijs dono datę. Verba tua ad illum ſunt. *Tu ſolus ſplendidiſsimis uerbis vſus pro tua conſuetudine, monſtroſas haſce nouitates legendas obtuliſti nobis, quas Venetijs dono datas mihi cum primum percurrerem, mox accuratè perlegerem, & conſiderarem, perſpiciens quam graue damnum humano generi inferre poſſent, quodque tua autoritate malè incautæ iuuentuti imponebas. quo enim eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu: in veritatis gratiam acceſsi ad ſcribendum libentiſsimè,*

vt quantum per me fieri poſſet, huic incommodo ſubuenirem. adeo vt, cum prædictos libros inſcribas aduerſus Nouatores medicos noſtri temporis, & loco proximè relato confitearis te illos ſcripſiſſe, vt Maſſariæ monſtroſas nouitates ex animis iuuenum euelleres, nihil poſſit apertius deſiderari ad probandum, te nuncupaſſe Maſſariam Nouatorem, & ipſum præcipuè oppugnaſſe. Quod confirmatur, quia lib. 4. diſput. tuarum cap. 4. verba facis de opinione Maſſariæ, qui dixerat Galenum omni ex parte ſuſcipere ſententiam tex. 19. lib. 4. acut. & pronuntias, *neque id verum, quod de Galeno dicunt, omni ex parte illam ſuſcipere. quia non ſuſcipit illam dictione, & ſententia ſimul, aut ſola dictione dignam Hippocrate, cum ſit ſolùm digna ſignificatione, & ſenſu.61e propterea Nouatores iſti medici eam conuellunt, atque perturbant.* capite vero 2. libri 5. tomi tertij conſtituens ex illa tua præfatione quatuor Nouatorum ordines, quorum duos priores præclariſſimos vocas; duos poſteriores forſan obſcuros appellaueris, ais vltimum eſſe eorum, qui verba interruptè attendentes paſſim textus mutilarunt, & omnia perturbarunt, atque horum nomini te antea peperciſſe modeſtiæ cauſa, ſed nolle amplius tali ſilentio vti, quod ſtatim rumpis, & deſcriptione vltimi dicti ordinis Maſſariam fuiſſe ſignificatum explicas his verbis. *Hunc ego Maſſariam ſignificare volebam, cum in præfatione mearum diſputationum cap. 1. lib. 1. ita ſcripſi. QVAE antecedunt, & ſubſequuntur non conſiderant, neque integras eius* (Galeni ſcilicet) *ſententias, neque cum fide afferunt. quia verò mihi ſemper vti modeſtia in ſcribendo placuit, tunc eius nomini parcendum duxi.* quibus nihil clarius afferri poteſt ad demonſtrandū, ut Maſſariam voca-

men ſubſequenti ſtatim cap. dicemus, & vt eundem Maſſariam in illa tua præfatione comprehenderis, atque tuis diſputationibus oppugnaueris.

Nouatoris nomen medicis noſtri temporis, & Maſſariæ eſſe iniurioſum. Diuiſio Nouatoris.
Cap. III.

Qvamquã tuis conceptis verbis proximè allatis pateat Maſſariam à te Nouatorem medicum noſtris temporis appellari, & ſimul in turpem exiſtimationem adduci: tamen iudicaui tali etiam ratione id probandum eſſe.

Qui in arte medica ab Hippocratis, & Galeni diſciplina diſcedunt, in malam partem ſumendi ſunt, at Nouatores medici noſtri tẽporis ab Hipp. & Gal. diſciplina diſcedunt. ergo Nouatores medici noſtri temporis ſunt in malam partem accipiẽdi. Cuius rationis maior propoſitio per ſe patet: quoniam pro confeſſo habetur, in ſcriptis Hippocratis, & Galeni artem dogmaticam omnibus numeris abſolutam contineri: quod vero à re perfecta diſcedit, eſſe malum. Minor per te probari poteſt; tum quia dum explicas aduerſus quos Nouatores ſcribas, dicis, *ſolum itaque ſpeciatim inſtitutus ſermo eſt ad Nouatores, qui à Galeni doctr. diſceſſerunt.* tum quia dum Nouatorem deſcribis, ais eum eſſe, qui noui aliquid affert. Siquidem qui iſtud facit, rem quandam inauditam afferre intelligitur apud Ouidium 1. Metamorph. canentem.

. . . Rerumque nouatrix
Ex alijs alias fecit natura figuras.

Facere autem aliud ex Porphyrio in cap. de diff. eſt efficere diuerſitatem non in accidenti, ſed in ſubſtantia. Igitur natura erit Nouatrix: quia rerum formas penitus immutet, eaſ

que, quæ prius non ſint, introducat; & medici noſtri temporis erunt Nouatores, non quia res iam inuentas illuſtrent, & augeant; ſed quia noua, & omninò inaudita afferant, quod facere non poſſent, niſi ab Hippocr. & Gal. diſciplina prorſus diſcederent. Atque ita prædictæ rationis propoſitionibus comprobatis ſequitur neceſſariò concluſio, quæ Nouatores medicos noſtri temporis eſſe in malam partem accipiendos colligebat, adeo vt fatendum ſit, Maſſariam à te Nouatorem Medicum noſtri temporis appellatum accipi in malam partem, & malę exiſtimationis nominę offendi. Quod etiam confirmari poteſt diuiſione Nouatoris tanquam generis in ſuas ſpecies oculis ſubiecta, quæ ex tua illa præfatione, & ex c.2.lib.2. ac lib.5. operis tui, circa quod verſamur, diſtribui ſic poteſt.

Nouator eſt vel
- Bonus, & vel
  - Addit, ac perficit
  - Facilitat, ac exponit
- Malus,

- Malus, & uel
  - Volens aut
    - Aliqua ex parte
    - Omninò
  - Nolens, & reſpicit Autorum aut
    - Senſus, & ipſos aut
      - Ignorat
      - diſſimulat
    - verba, & textus aut
      - Intactos relinquit
      - corrumpit.

Siquidem ex hac diuiſione conſtat, vt Nouator ſumptus in bonam, & malam partem, ſit communiſſimum genus oppoſitorum capax; & vt Nouatores, quibus dicebas Maſſariam in præfatione tuarum diſputationum ſignificari, inter malos poſtremum locum occupent, atque eſſentiali ordine non ſubiiciantur Nouatori in bonam partem accepto. Quod ſi eiuſmodi Nouatores planè mali ſunt, atque ipſorum mentione intelligis Maſſariam ſignificari, conſequitur eundem intereà iniuria affici. Quia malo nomine deſignari, maxima eſt iniuria. Si uero in uniuerſum Nouatores, qui noua, & inaudita afferentes à Galeni doctrina diſceſſerunt, ſunt damnandi, ſequitur tùm vt perperam colligas Nouatoris nomen nihil habere turpitudinis, immo honeſtum eſſe, & viro docto, ac ingenioſo conueniens; tum vt Argenterius, ac Fernelius doctrinæ Galenicæ contemptores, & hoſtes non poſſint à te Nouatores honoris ergò appellari.

De Argenterio, ſiue de ingenij attributis, de Nouatoris deſcriptione, de Maſſariæ arrogantia, ac ignorantia. *Cap. IIII.*

DE Argenterii, & Fernelii ingenio multa in medium adduci poſſent, ſed ſatius ſit tacuiſſe, quàm dixiſſe pauca. Non omittẽdũ eſt tamen de Argenterio aſtrui poſſe, vt ipſe fuerit homo ingenioſus, ipſius tamen doctrina inſana, & humano generi pernitioſa. Quia ingenio bona, & mala indoles comitatur, & ſicut in nobis probas ingenii dotes inſeri poſſe nemo eſt, qui neget: ita uitioſas reperire non eſt difficile, cùm Plinius iunior lib. 3. epiſtolarum Minitiano ſcribat de Norbano quodam Liciniano præuaricationis nomine in cauſa Caſtæ Claſſici vxoris accuſato. » *dari ſibi diem ad diluenda crimina poſtulauit: neutrum impetrauit, coactus eſt ſtatim reſpondere, reſpondit (malum, prauumque ingenium hominis facit,) vt dubitem confidenter, an conſtanter, certè paratiſsimè*, & lib. 4. Lepido ſcribat de quodam Regulo prò morte filii in multa, ut orator haberetur, enixè incumbente, » *hanc ille uim, ſeu quo alio nomine uocanda eſt intentio, quidquid uelis obtinẽdi, ſi ad potiora uertiſſet, quantum boni efficere potuiſſet, quamquam minor vis bonis, quàm malis, ineſt, ac ſicut* ἀμαθία μὲν θράσος λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει, *ita recta ingenia debilitat uerecundia, peruerſa confirmat audacia. exemplo eſt Regulus, imbecillum latus, os confuſum, hæſitans lingua, tardiſsima inuentio, memoria nulla, nihil denique præter ingenium inſanum, & tamen eò impudentiæ, ipſoque il-*

etiam Metamorph. lib. 11. de partu Chiones Dædalione natæ à Phœbo,& à Mercurio cōpreſſæ verba faciens, dixit.

Vt ſua maturus compleuit tempora uenter,
Alipedis de ſtirpe Dei uerſuta propago
Naſcitur Autolicus, furtum ingenioſus ad omne;
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris, & de candentibus atra.
Naſcitur è Phœbo, &c.

Quare aſſerere aliquem eſſe ingenioſum,& eſſe malum : non eſt ſibi contradicere, vt tu cap. 5. lib 2. tertii tomi arbitraris. Quia fieri poteſt, ut quodcunque docilitatis, & memoriæ, quæ, vt inquit Cicero, ferè appellantur uno ingenii nomine, Natura elargitur, trahatur in peiorem uſum : quemadmodū fecit Argenterius, qui animi acie ingenti præditus, ea uſus eſt ad Hippocratis,& Galeni doctrinam humani generis pe riculo euertendam, ut tu propterea confitearis Argenterii doctrinas eſſe abuſus, niſi iis immemor te in quadam epiſto la ad Maſſariam v. Idus Maij 1592. ſcripta laborum, quos ſuſcipere Taurini in docendo coactus fueras, rationem reddidiſſe his patriis verbis,

Et mi è biſognato faticarmi eſtremamente per gli abuſi introdotti dall'Argenterio mio anteceſſore per introdurre in queſti paeſi la dottrina di Galeno, quæ in gratiam italè neſcientium ita Latinè ſonant : *& ſummam adhibere contentionem coactus fui pro Galeni diſciplina in lucem; & in animos hominum hic reuocanda, vbi Argenterij præceſſoris mei abuſus maximè uigebant*. Quæ planè aduerſantur laudibus à te de Argenterio habitis. Quamquam ea, quæ ei laudi tribuis, non ſunt probè deducta, quia inquis fuiſſe imitatorem Hippocratis, & cauſas reddis, quòd ipſius nomen veneretur,& cōmentaria in eiuſdem aphoriſmos conſcripſe rit, At imitatio fit penes, vel inſtrumenta, vel res, vel modum

dum agendi, cum quorum nullo ulla dictarum cauſarũ propriè conuenit; & cum addas eiuſcemodi commentaria magni adeo momenti eſſe, non concedo. Quia ego quandam eorum partem ſatis fideliter, quantum coniici poteſt, deſcripta habeo, & cuiuis laborioſa potius, quàm recti iudicii monumenta apparere poſſunt.

Cæterùm obſtrepis: quia Maſſaria clamet Nouatores eſſe hoſtes Reip. litterariæ, & ais fuiſſe illi potius dicendum, Reip. medicæ. At Maſſaria de Nouatoribus methodicè agẽdi occaſionem non habenti licuit figuratè loqui, & Rhetorũ more orationem de parte ad totum extendere. Tibi uerò de illis agere demonſtratiuè profitenti nõ licebat propoſita diſceptatione aduerſus Nouatores medicos noſtri temporis; colligere diſputandum eſſe cum præclariſſimis ſolis: quum te ipſo teſte inter Nouatores medicos noſtri temporis ſint multi obſcuriſſimi. Dum uerò accipis Nouatorem eſſe, qui uolens à doctrina Galeni diſcedit, & infers Gregorium Nazianzenum D. Thomam, & huiuſmodi alios à Galeno apertè diſſentientes eſſe Maſſariæ ſententia bonarum litterarum corruptores nuncupandos, deberes reſpicere Maſſariam eorum Nouatorum notas à ſe repellere, contra quos tu uidebaris linguę arma ſumpſiſſe. Nam ij ſunt medici abs te noſtri temporis uocati: qualis nõ fuit Nazianzenus, aut alii, quos recenſes, indigni certè tum alio quouis malo, tum etiàm Plagiarii nomine. quod cum te expoſitore, ſignificet, *eum propriè, qui hominem, quem ſcit liberum eſſe emit, vendit ue, aut pro ſeruo tenet: vel qui ſeruo, aut ſeruæ perſuadet, vt à domino, dominaue fugiat, eum, eamue inuito, aut neſciente domino celat, uinctum habet, emit, uel vendit.* Cur Nouatori medico à Galeni doctrina diſcedenti non conueniat? Profectò uidetur eiuſmodi nomen eſſe talis Nouatoris metaphoricus quidam character, quũ recepta iam Hippocratis

& Galeni opinio ſubeat dominantis vicem apud eos, qui artem medicam addiſcunt, ipſis uerò Nouator perſuadeat, & vim facere contendat, vt ab ea diſcedant. Quod ſi malũ eſt, vt antè explanauimus, & conſequenter pernitioſum: quia tẽdit in hominum perniciem: cur Nouator, qui ab Hippocratis, & Galeni doctrina diſcedit, peſtilẽs dici latinè nõ poteſt?

Præter hæc aduerſus Maſſariam afferuntur multa, quorũ omnium defenſio me, alioſque nimio tædio delaſſaret. Ideò non ſunt ſingula proſequenda, ſed cum inter cætera reſtent quædam, quorum ueritas patefacta noſtro inſtituto mirum in modũ inſeruiat, iudico veritatis gratia non eſſe omittenda. Ea uerò attinent ad arrogantiam, & ad ignorantiã Maſſariæ. Nam cum arrogans ille ſit, vt dicitur 4. eth. c. 7. qui illuſtria quædã, quæ non habet, vel maiora, quàm habet, ſibi fingit, vendicatq; Maſſaria autẽ velit ſua cauſa te in Academia Patauina Bernardino Paterno viro ſapientiſſimo ſubſtitutum fuiſſe, quod falſum eſſe affirmas: meritò arrogantiæ crimine accuſari debet. At quomodò dicas falſum eſſe, vt Maſſariæ beneficio in Patauinam Academiam accerſitus fueris, demonſtrant litteræ tuæ lingua materna ad illum VII. Kal. Auguſti ſcriptæ, in quibus conqueſtus de quorundam iniquitate, qua aditus ad quæſitam dignitatem patefactus tibi videbatur intercludi, ais. *Et quantunque per queſte prattiche io mi penſi eſſerne eſcluſo, non reſtarò per queſto di non hauer ſempre à V. S. infinitiſſimo obligo: eſſendo più che certo dell'honorato officio, che ha fatto ſempre per l'honor mio. Laonde ſe io non potrò dimoſtrarle gratitudine reciproca, reſturà ſempre l'animo ricordeuole del beneficio, di cui in qualche tempo il Signor Dio ſarà il giuſto renditore.* idest. *Et quamuis huiuſcemodi officijs ſentiam me ſpe eſſe deiectum, tibi tamen perpetuo obligationis uinculo deuin-*

ctus remanebo. Quoniam officium tuum honorificè erga me fuiſſe collatum, tam certum eſt apud me, quàm quod certiſſimum. Quam ob rem ſi parem gratiam referre non potero, habebo ſaltem, & Deus Opt. Max. aliquando beneficij magnitudinem tibi rependet. in quibus obſeruare licet te fateri de Maſſariæ in te officio, & beneuolentia eſſe certiſſimum: & cum negotio bene geſto uoti compos euaſiſſes, ita pridie Idus Auguſti Maſſariæ reſcripſiſti. *Son ſtato molti giorni fuori di Turino, oue ritornato ho hauuto auiſo del buon ſucceſſo della mia condutta quando meno lo penſauo, e nel uero m'aſſicuro, che tutta ſia ſtata fattura dell'Illuſtriſsimo Procurator Giorgio, che per inſtanza, e relatione di V. S. E. ha ſuperato ogni difficultà. La onde non tanto à quel Signore mi trouo obligato, quanto à lei come ad auttore di queſt'opera.* id eſt. *Multos dies Taurino abfui, quò regreſſus, cum de quouis alio potius, quàm de meo in Patauinum Gymnaſium accerſitu cogitarem, certior factum ſum rem è meo voto deliberatam fuiſſe; quod conſtantiſsimè teneo Illuſtriſſimi Georgij D. Marci Procuratoris eſſe opus, qui tua cauſa omnem ſuperauit difficultatem, Quamobrem non illi ſolùm me arctiſsimè obſtrictum agnoſco, ſed etiam tibi tanquam eiuſdem operis autori.* in quibus Maſſariam tuæ in Paterni locum ſubrogationis autorem fateris. Igitur tibi cauendum eſt ne quod illi obiicis, in te ipſum iuſtiùs reiiciatur; quòd magnam græcarum litterarum peritiam tibi ſumpſeris, cui tamen libro tuo præſentis meæ exercitationis ſubiecto multum derogare coactus fuiſti: quamquam lib. 8. cap. 9. agendo de libro ad Thraſybulum, tantum poſtea eã denuò oſtentas, ut de Maſſaria proferendo, *quòd aſſerat Ga*

leni doctrinam, ſingulare ingenium & iudicium in eo lib. non recognoſcere, admiror. quia omni ex parte illius doctrinæ reſpondet, ſtyluſq; maximè ſimilis libro de optima ſecta, diſputationibus accommodatiſsimus, cum hominibus illius temporis. videaris tuæ confeſſionis immemor non conſideraſſe ei, qui Budæi Lexico, & huius generis libris auxiliaribus eget pro uerborum Græcorum ſignificatione intelligenda, non licere de ſtylo, ac ſermonis proprietate ἰδιωτισμῷ vocata iudicium ferre.

Sed ad Maſſariæ ignorantiam me conuerto, qui ſi tibi uidebatur admodum indoctus, cur libri tui ſecundi iam citati cap. 3. Maſſariam alloquens inquis. *cognoſcis iam ex mea ſententia te nihil in hac diſputatione noui attuliſſe, ac ſimul etiam percipis quàm modeſtè agam tecum, cum te virum appellem doctum, ac doctè, & eleganter ſcripſiſſe. Quod etiam paſsim in illis diſputationibus facio.* in qua oratione patet deeſſe verbum, quo illa verba, *doctè, ac eleganter ſcripſiſſe*, regantur, quale foret, *concedam*, vel, *fatear*: quia te appellare Maſſariam doctè, ac eleganter ſcripſiſſe, non habet ſenſum rectè ſcribenti conuenientem. At hic, ſicut tu facis eiuſdem libri ſecundi capite 15. poſſum quærere, qualis nam fuerit hæc de Maſſaria mentio honorifica, verane, an falſa, & rem eò deducere, vt, ſi uera ſit, dicere oporteat iniuria ullā inſcitiæ notam abs te Maſſariæ inuri; ſi falſa, te iniuſti, & improbi (hæc enim verba tua ſunt) nomine eſſe dignum, qui tam publicè impoſturam facere audeas. Addo, quibus uelis te de Maſſaria benè, malèque ſcribentem excuſare, Maſſariā itidem de te benè, malèque ſentientem expurgatum iri, uobiſque in hoc parem rationem fauere, quorum præſtantia in eruendis, ac docendis Hippocratis, Galenique ſenſibus ſi conferenda ſit, & decernendum, cui ueſtrum in tali munere

perſungendo primæ debeantur, nulli dubium eſt, ut non poſ ſit ulla melior iudicii ratio iniri, quàm ea, quæ ex utriuſque ſcriptis ab eruditis, & doctis uiris colligi poteſt, quibus memoria tenentibus illud Poetæ.

Sępius in libro memoratur Perſius uno,
Quàm leuis in tota Marſus Amazonide.

diiudicandam relinquo ſcriptorum utriuſque non quantitatem, ſed qualitatem.

EXERCITATIO. V.

Galeni locos lib. 9. methodi cap. 11. & ult. & lib. artis medic. cap. 89. non fuiſſe à Maſſaria mutilatos. Cap. I.

INter ea, quæ mihi animi tui æquitatem reſpicienti concitant admirationem, præcipuum locum obtinent, quæ de mutilatione quorundam textuum Galeni à Maſſaria facta aſſeris. Nam licèt Maſſaria locũ cap. 11. lib. 9. methodi ſic citauerit.

Quoniam venæ ſectio ſanguinis uacuatio eſt, & utilis naturæ eſt ſanguis, oportet ſanè rectè ipſam adminiſtrare, inutilem naturæ uacuando. Fit autem ſanguis inutilis naturæ bifariam, vel cum propriam exactè non ſeruat qualitatem, vel nimis creſcit multitudine, ac in ijs quidem venæ ſectio utilis eſt. Scis eiuſmodi citandi modum non eſſe culpabilis mutilationis nomine donandum: quia in afferendis contextibus pro intentione noſtra contra aliquem probanda, mutilatio uitioſa à nobis alia de cauſa fieri nõ poteſt, quã quòd omittimus ea, quæ illis, quibus intẽtionem probamus, repugnare uidentur, aut ſaltem uim probandi detrahunt. Etenim ſi ad illa, quibus propoſitũ cõficimus, nullo dictorũ modorũ pertineant, quæ relinquuntur: quid prodeſt, aut offi-

omiſit,ſicut non faciunt ad eius inſtituti confirmationē; ita iis,quæ ad ipſam faciũt,non repugnant, nec robur ullo modo imminuunt;vt patere poteſt cõſideranti , Maſſariam illo Galeni loco aduerſus fautores empiricorũ,atque eorũ decãtatum ſcopum plenitudinis eſſe uſum, tanquam probante, qũamuis ſanguis nulla plenitudine,ſed una praua qualitate negotium faciat,licitum eſſe tamen aliquando uenam incidere,dummodo alii ſcopi non deſint. Vnde ſatis erat illum locum tantummodo afferre,quatenus demonſtraret in uno humorũ uitio uenæ ſectionem conuenire. Quam ſententiā ſi cætera prædicti loci uerba non oppugnant,nec infringunt, cur vitio vertatur Maſſariæ quòd ea reliquerit? non oppu-
» gnant certè : quia ais omiſſa ea primùm: *memineris uerò*
» *mihi ad ea,quæ dicenda ſunt,quorum cauſa uenæ ſectio pe-*
» *titur,* deinde,*nec amplius nutrire,ſicut prius,cum utilis eſ-*
» *ſet,poteſt.* prætereà, *vt aut uires premat, aut tum uenas,*
» *tum arterias,uel diſtendat,vel ſindat,vel obſtruat*,demũ,
» *ceu vacuantium præſidiorum vna: in alijs ceu quod hu-*
» *morum vehementiorem impetum ad diuerſam partem re-*
» *uocet,vel per propinqua deriuet*: adeo vt, per te integer lo-
» cus iuxtà Linacri uerſionem ita legi debeat. *memineris ve-*
» *rò mihi ad ea, quæ dicenda ſunt, quorum cauſa uenæ ſectio*
» *petitur. nam,quoniam hæc ſanguinis uacuandi gratia adhi-*
» *betur,ſanguis autem utilis naturæ eſt vtique probè hanc*
» *adminiſtrare conueniet,vt quod vtile naturæ ſit, emittat.*
» *Fit autem ſanguis naturæ inutilis bifariam, vel cum pro-*
» *priam qualitatem ad unguem non ſeruat,nec amplius nutri*
» *re, ſicut prius cum vtilis eſſet, poteſt; vel ita multitudine*
» *creſcit, vt aut vires premat, aut tum venas, tum arterias*
» *vel diſtendat, vel ſindat, vel obſtruat. ac in ijs quidem*

miſſio

miſsio ſanguinis utilis eſt ceu uacuantium præſidiorum una, in alijs ceu quod humorum uehementiorem impetum ad diuerſam partem reuocet, vel per propinqua deriuet. in quorum uerborum relatione tu ponens *utile* pro *inutile*, omnẽ Galeni dicurſum corrumpis: quaſi arguat ab utilitate ſanguinis ipſum eſſe mittendum. Tamen contra ex ea infert inutilem eſſe euacuandum: ſubinde uerò ſanguinem fieri duobus modis inutilem declarat, vel ratione qualitatis, uel ratione quantitatis, quę cum premat adhuc quo ad uires, vt loquũtur, & quo ad uaſa, explicat hos plenitudinis modos, & ſanguinem qualitate, aut quantitate inutilem propriè euacuari affirmat. Aliter autem, ut quando humorum uehementior impetus citatus eſt, ad longinqua reuelli, & ad proxima deriuari. Quamobrem Galenus ita agere uidetur, vt liceat cum ipſo affirmare, ſectionem uenæ adminiſtrari poſſe tàm in ſanguinis praua qualitate, quàm in eius uitioſa quantitate, atq; vtriuſq; harũ ratione eam eſſe euacuationẽ dicendam ad diſtinctionẽ eius uenæ ſectionis, quæ facta propter humorũ uehementiorem impetum ad longinqua dicitur reuulſio, ad proxima deriuatio. Quæ præcepta cum adinuicem ita ſe habeant, vt nullum alteri repugnet, aut officiat, patet ut poſſit alterum ſine altero tanquam Galeni diſciplinæ, & veritati cõſentaneum inculpatè uſurpari. Sicut fecit Maſſaria, qui ſatis habuit id reſpicere, & in medium afferre, quo probaret contra empiricorum ſectatores, ſcopum mittendi ſanguinis non eſſe ſolam plenitudinem, ſed aliquando etiam prauam humorum qualitatem; & cum ea, quæ eo loco traduntur de ſpeciebus multitudinis, de euacuatione, de reuulſione, & de deriuatione uera ſint, & iis, quæ ad ſuum inſtitutum conferebant nec cõtraria, neq; neceſſariò coniungenda, potuit omnia prætermittere, & ſine mutilationis nota ea aſſumere, quę [illegible] principali eius inſtituto

inſeruiebant. Cæterùm cum Galenus loco citato doceat miſſionem ſanguinis quantitate,aut qualitate peccantis uocari euacuationem nomine diſtincto à reuulſione, & deriuatione : tu ipſe uides quomodo concedendo,Galenum affirmare,vt uenæ ſectio ſit exercenda ſine plenitudinis affectu, poſſis interpretari id eſſe intelligendum de reuulſione.Cum verò non longè à fine epiſtolę 8.lib.3. tui 3.tomi velis,vt tibi licuerit ex primo in 3.epidem.3. ad rem tuam applicare ea ſolum,quæ ibi Galenus de magnitudine docet,nō etiam, quæ de robore uirium,& de ætate : vides quomodo Maſſariæ ex contextibus ea tantùm, quæ ſuo inſtituto inſeruiant, aſſumenti mutilatoris notam inuras,quæ ſine ulla tui excuſatione in te ipſum recidit,dum lib. 3. eiuſdem 3. tomi uerſando circa locum cap.2.lib.1.Rhet.ad Theod.tanquam allatum à Maſſaria ad probandum duo eſſe in vniuerſum inſtrumenta facientia fidem,ſcilicet ſyllogiſmum,& inductionem,ea tantummodo in medium affers, & conſideras, quæ uidentur poſſe trahi eò,vt probent duo eſſe inſtrumenta,quibus Rhetores ſpeciatim vtuntur ad perſuadendum;ea uerò, quæ clarè Maſſariæ opinionem confirmant,relinquis,vt inferius declarabitur.

Præter locū cap.xi.lib.9. meth. med. pronūtias Maſſariā mutilaſſe etiam alium locum cap. vltimi eiuſdem lib.de quo aliqua eſſet apud me difficultas,ſi præter alia in ipſo contineretur concluſio,quæ pueris adminiſtrari poſſe ſectionem uenæ aſſereret. Quia cum in eodem affirmetur, te ipſo teſte,vt pueri ſectionis venæ non egeant; ſi hoc allato ea, quæ contrarium docent,relinquerentur, locus uideretur dolo malo mutilatus: quāquam ſic Galenus indignā nimis contradictionem implicaret. ideo uidendum eſt, an cum Galeni dignitate dictus locus intelligi poſſit,& pro principio ſumendum,te tandem cap. 11. lib. 8. tomi 3. epiſtolarum tuarum coactum eſſe confiteri,vt Galenus prædicto loco dixerit pri

mùm

mùm de pueris. *ὥστ' οὐ χρήζει κενωτικοῦ βοηθήματος.* ideſt, quamobrem non egent remedio uacuante: de cuius loci latina uerſione non comparata Græco codici, quæ. Dii boni tua eſt excuſatio, dum inquis, id in omnibus præſtari non poſſe ab eo, qui multa ſcribens multis continuò occupationibus detinetur! Sed addamus, te referre hæc Galeni verba. *Itaque e-*
» *tiam huius cauſa ijs, qui ſanguinis detrahendi egent; aut*
» *prorſus venam non ſecabimus, aut parum detrahemus.* &
» omittere hæc à Galeno interpoſita: *fit autem profectò, &*
» *propter calidam, ſiccamque regionem, & tempus æſtiuum,*
» *& ſtatum cæli impensè calidum, & ſiccum notabilis per*
» *cutim uacuatio:* quæ ſi ſuo loco legantur, & cum aliis conſiderentur, fit ut ſyntaxis Galenicę orationis innuat, nō unā, ſed tres eſſe faciendas concluſiones. Siquidem cum Galenus propoſitum haberet agere de indicatione ætatis, præfatuſque eſſet ſubſtãtias frigidas, & ſiccas permanere firmas, atque immobiles; contrà autem calidas, & humidas celerri-
» mè in ambientem diſſipari, collegit primùm. *ergo puerorum*
» *ſubſtantia omnium facillimè digeritur, ac diſſipatur, propte-*
» *reà quod eſt omnium humidiſsima, nulla uero frigidior,*
» deinde, *quamobrem non egent remedio vacuante*, & hanc
» conſequentiam deducebat ſubdens. *cum habeat ex ſe ipſa*
» *vndè naturaliter vacuetur.* ac ſi arguiſſet in hunc modū. primùm ſyllogiſmo. Subſtantiæ calidæ, & humidæ celerrimè in halitum reſoluuntur: at puerorum ſubſtantia eſt calida, & humida. ergo facillimè in halitum diſſipatur: deinde enthymemate. Puerorum ſubſtantia facillimè in halitum reſoluitur: Ergo pueri non egent præſidio uacuante: quę cōcluſio deducitur; quia pueri habent ex ſe ipſis, vnde naturaliter uacuantur. Subiungit uerò Galenus. *fit autem pro-*

» *fectò, & propter calidam, ſiccamque regionem, & tempus*
» *æſtiuum, & ſtatum cœli impensè calidum, & ſiccum nota-*
» *bilis per cutim uacuatio. Itaque etiam huius cauſa ijs, qui*
» *ſanguinis detrahendi egent, aut prorſus uenam non ſecabi-*
» *mus, aut parum detrahemus.* Quæ ſi æquo animo perpendamus, explicant tum modum euacuationis notabilis per cutē contradiſtinctum ab eo, quo puerorum ſubſtātia digeritur: nempè contingere euacuationem notabilem per cutem non ſolùm ex ſe, vt in pueris, ſed etiam propter regionis, temporis anni, & cœli calidam, & ſiccam conſtitutionem; tum cōtinent diſtinctam concluſionem ab iis, quas Galenus ante collegerat. Nam verba illa, *Itaque etiam huius cauſa*, oſtendunt id, quod ſequitur, ex re proximè dicta pendere: quaſi Galenus, cum docuiſſet fieri ex ſe per cutem ſubſtantiæ notabilem digeſtionem, vt in pueris, vnde ipſi remedio euacuante non egent, itemque fieri eiuſmodi euacuationem propter regionis, temporis anni, & cœli conſtitutionem calidam, & ſiccam, dixerit, vt quemadmodum ex dictis ſequebatur pueros remedio uacuante non egere, ita ex euacuatione, quæ fit propter regionis, temporis anni, & cœli conſtitutionem calidam, & ſiccam, ſequatur in iis, qui egent ſanguinis miſſione, aut prorſus venam non ſecari, aut parùm: vtique clariſſimè ſi ſic orationis Galenicę ſyntaxim, & uim ſpectemus; ſi ſenſus ipſos conferamus. Nam ſi in verbis poſtremò citatis contineretur, vt tu contendis, concluſio, quæ iis, qui ſanguinis detrahendi indigent, aut non eſſe mittendum ſanguinē, aut parum aſſereret virtute omnium præcedentium. Sanè cum ante dictum ſit de notabili per cutem euacuatione facta tàm ratione propriæ ſubſtantiæ, quàm ambientis, tanquam de prohibente, aut moderante ſanguinis miſſionem: neceſſe eſſet per te intelligere, vt ij, qui ſanguinis egent detractione, ferant aliquando vel nullam, vel paruam ſanguinis miſſionē

propter notabilem exhalationem per cutis meatus factam tàm ratione ſuæ naturæ, quàm ratione ambientis: tamē certum eſt, vt ij, qui egent ſanguinis detractione, poſſint per cutem pati notabilem uacuationem, ſed cauſa ambientis ſolū, non etiam cauſa propriæ ſubſtantiæ: quia non ſunt maximè humidi, vt pueri, & dicere, vt ij, qui ſanguinis miſſione egēt, poſſint per cutem pati notabilem ſolutionem cauſa propriæ ſubſtantiæ, implicat contradictionem, quando habere ex ſe ipſis eiuſcemodi euacuationem afferatur à Galeno pro cauſa, qua pueri remedio uacuante non egent. In quam contradictionem quomodo tu circa controuerſum Galeni locum uerſando incidas, manifeſtum eſt: quia iuxta tuam illam cōfeſſionem egregiè hercle à te, ut paulò ante vidimus, excuſatam. Gal. eo in loco primùm de pueris colligit: *quamobrem non egent remedio uacuante*, deinde iuxtà tuam quandam oſtentatám demonſtrationem afferens. *Itaque etiam huius cauſa ijs, qui ſanguinis detrahendi egent, aut prorſus uenam non ſecabimus, aut parum*, comprehendit etiam pueros; quos ſi paulo ante, te teſte, pronuntiauerat non egere remedio euacuante; quomodo ſtatim complectitur ipſos inter eos, quos iam ponit remedio uacuante egere? Quare ne cogamur concedere, vt Galenus tam abſurdè ſcripſerit, eius litigioſus locus ſecundùm noſtram expoſitionem planè intelligendus eſt: & quando tu demonſtrationem illam tuam, pro cuius ſolutione ais Maſſariæ neceſſariam eſſe uitam Neſtoream, oſtentas hunc in modum.

Qui ſanguinis detractione egent ob acutos morbos, aut præſentes, aut imminentes, aut incipientes, vbi notabilem habent per cutaneos meatus uacuationem, aut prorſus non admittunt uenæ ſectionem, aut paucam ſanguinis detractionem poſtulant. Pueri ante annum 14. acuto morbo præ-

ſenti, aut imminenti morbo à ſanguinis copia, uel fluxione indigentes venæ ſectione, notabilem habent per cutaneos meatus uacuationem: ergò pueri, aut non admittunt ſanguinis miſſionem, aut paucam poſtulant.

Ego trigeſimum uix annum egreſſus, reſpondeo maiorē propoſitionem eſſe ueram de iis, qui ſanguinis detractione indigent: at pueros per te cum Galeno Græcè loquente nō egere remedio uacuante, quia habent ex ſe ipſis vnde naturaliter uacuentur: proinde cnm in minore propoſitione aſſeris, pueros indigentes uenæ ſectione, addo te principium petere, & ſimul abſtruere falſum, atque id, quod aduerſatur cō-
,, feſſioni à te factæ dum concedebas ea verba, ὥςε ὐ χρήζει κενω-
,, τοῦ βοηθήματος, vertenda eſſe, *quamobrem non egent remedio uacuante.* quam contradictionem, ut tu ſeptuagenarius de medio tollas ſtudioſi forſan expectabunt.

Quo ad locum cap. 89. artis medic. mihi laborandum nō eſt; cum ea, quæ pro eius defenſione dicta ſunt à Maſſaria cap. 12. lib. 10. ſuæ Apologiæ non uideam ſoluta fuiſſe, &
,, certo conſtet, Galenum, vbi dixit, *eſto in humoribus putri-*
,, *dis accendi febrem, indicatio in huiuſmodi eſt uacuatio, &*
,, *alteratio, &c.* licèt ſubdens, *euacuationes uerò, &c.* uelit dare, vt tu ais, exemplum omnium uacuationum, quæ pro ſanandis putridis febribus uſurpari ſolent; tamen inter eas euacuationes ſanguinis præcipuè miſſionē comprehendere, & apertè affirmare humores putridos contra tuam ſententiam ſecta uena euacuari.

Aetatem per ſe à Galeno reponi inter præcipuè reſpicienda pro ſectione uenæ in magnis morbis. *Cap. II.*

QVæ proximo ſuperiori capite de ſectione venæ in pueris minimè facienda contra tuam ſententiam explicata ſunt, ea urgentur difficultate, qua dubitatur, an puerilis ætas, & generaliter, an ætas per ſe indicare poſſit. Etenim ſi pueris magno morbo affectis, quamuis ualeant facultate uitali, non eſt ſanguis mittendus, qnia eorum ſubſtantia ob inſignem humiditatem, & temperamenti caliditatem omnium facillimè digeritur: videtur in iis uenæ ſectio omitti defectu ipſarum uirium: quatenus ſubſtantiæ diſſipatio demùm refertur ad uires, quæ non poſſint, vel in præſentia, uel in futurum euacuationem duplicē perferre, nempe naturalem, & artificioſam. Sed forſan res ita ſe habet, vt pueri habeant euacuationem naturalem, quæ ſatisfaciat euacuationi à morbo indicatæ, & hac ratione prohibeat quamlibet aliam euacuationem, non autem ratione uirium. Nam hæc uidetur Galenus ſignificaſſe loco ſupra explicato capitis vltim. lib. 9. methodi dicendo pueros non egere uacuantis præſidij: quia habent ex ſe ipſis, vnde naturaliter uacuentur. Siquidem eſt idem, ac ſi diceret eos habere euacuationem naturalem, quæ indicat pueros uacuantis preſidii nō egere, quia gerit uicem artificialis à morbo indicatæ. Quam indicandi rationem, tanquam puerili ætati primò, & per ſe conuenientem, complexus eſt etiam cōment. illo 19. lib. 4. acutorum, cū à ſenibus, quibus propter unam uirium imbecillitatem interdicitur ſanguinis miſſio, dubitatione ſumpta de ætate, an ſit ſcopis primis per ſe adiicienda, reſpondit melius eſſe, ſi magnitudini morbi, & robo

facultate uitali, tamen propter unam ætatem nõ poſſunt ſan guinis miſſionem ferre, ipſorum ſubſtantia tum propter humiditatem, tum propter temperamẽti caliditatem promptè in vaporem abeunte: ideſt ipſorum naturali euacuatione ſatisfaciente indicationi ſumptæ à morbo. Quo medio ſicut ui detur Galenus inſtantiam à ſenibus ſumptam diſſoluere, ita concludit, duos ſcopos, nẽpè magnitudinẽ morbi, & robur virium pro ſanguinis miſſione indicanda, non ſufficere. Sed huius rei diligentiorem ſpeculationẽ expectabimus à ſapientia eorum virorum, quos Maſſariæ patrocinium ſtrenuè ſuſcepiſſe intelleximus. Ideò officii, & breuitatis gratia à tali diſputatione abſtinentes, eò procedemus, vt cum tu cap. 2. lib. 8. tomi 3. epiſtol. tuarum, negando ætatem in numero ſcoporum principum mittendi ſanguinis fuiſſe unquam ab Hippocrate, aut à Galeno per ſe repoſitam, dixeris, *ubi Hippocrates id aliquando dixit, in legitimis ne ſuis operibus? at in quibus? unum ſaltem proferas mihi locum*, &c. libri uerò 12. cap. 7. profeſſus fueris, ſi tibi unquam declaratum fuerit ætatem à Galeno dictam eſſe primum ſanguinis ſcopum, te velle iudicari indignum, qui medicinam facias; nos tibi reſpondeamus, & experiamur an tuæ in Galeno legendo diligentiæ, in eodem intelligendo perſpicaciæ poſſit aliquid addi, & an liceat declarare ætatem per ſe de ſententia Hippocratis, & Galeni indicare.

Igitur conſideremus inter ea, quæ præcipuè reſpicienda ſunt ad uenæ ſectionem faciendam in magnis morbis, reponi ętatẽ per ſe à Galeno non ſolùm com. illo 19. paulo antecit. verùm etiam de ſententia Hippocratis primo in 3. epidem. 3. Ex quo loco cùm multas aduerſus Maſſariam excites cõtrouerſias, ego circa ætatem in illius quidem loci diſcuſſione à vobis nominatam, ſed adamuſſim non conſideratã uerſabor, & conabor explicare ex ſerie Galenicæ orationis, ut

ætas inter principes ſcopos mittendi ſanguinis reponi per ſe
» debeat. Nam ibi de Hippocrate Galenus ait, *ſi enim in ger*
» *manis operibus, in magnis morbis ſemper vtitur uenæ ſe-*
» *ctione, cùm hæc ſimul hæc duo ſola inſpiciens ætatem, & ui-*
» *res ægrotantis.* quæ Græcè conſiderata maiorem uim habent. Siquidem ἐν γε τοῖς γνησίοις συγγράμμασιν, ſignificant in operibus germanis, & legitimis, quales ſunt filij natura, non adoptatione, qui etiam γνήσιοι παῖδες dicuntur, ut notat Budæus: συνεπιβλέπων αὐτῇ, ſignificant, ſimul cum ipſa inſpiciens, & vox συνεπιβλέπων, eſt participiũ deductũ à συνεπιβλέπω, quod eſt cõpoſitum ex σὺν, ἐπὶ, & βλέπω; atq; ualẽs, ſimul inſpicio: ſi menti artificis accommodetur, referri debet in ſcopum, & in finem extra animam conſequendum: quia id, in quod reſpiciens is, qui habet rationem, intendit, ac remittit, ſcopus eſt 6. ethic. 1. ſcopus autem eſt finis exiſtens non in anima, ſed extra ipſam, & nõ actu, ſed potentia in ſuis cauſis, vt optimè intellexerunt logici, & philoſophi præſtantiſſimi, qui docuerunt ſcopum, & intentionem idem eſſe cum fine, vt is eſt finalis cauſa. Vnde apud artifices inſpectio propriè refertur in finẽ, quatenus is intenditur, & ſcopus eſt: & propterea Galenus de Hippocrate meditante ea, quæ eſſent ad finem, nempè ad ſanitatem Pythionis, ἐπιβλέπων dicens, ſignificat Hippocratis reſpectum ad ſcopos. Quod oſtendit etiam prępoſitio, σὺν, quæ ſimul, & cum, latinè ualens indicat ætatem, & uires ægri pro uenæ ſectione ſimul cum magnitudine morbi inſpici, proinde eſſe ſcopos, quos adinuicem diſtingui declarant uerba δύο ταῦτα, ideſt, hæc duo: in plurali numero à Galeno prolata, & verba, τὴν τ' ἡλικίαν, καὶ τὴν δύναμιν τοῦ κάμνοντος, quæ ſubinde illa duo diſtinctè explicant. At non ſolum uires cum magnitudine inter principes ſcopos eſſe referendas, verùm etiam ætatem indi-

teris omnibus cum magnitudine ſufficere, excluſa plenitudine, motu humorum, omnibuſque condicionibus à te magnitudini additis: atque illud ipſum de ætate indicat ſitus uerborum, τὴν τ' ἡλικίαν, quæ his. καὶ τὴν δύναμιν, &c. præpoſita uidentur habere quandam uim ſignificandi ætatem abſoluta quadam, & propria ratione ad primũ propoſitũ mittẽdi ſanguinis attinere, non quatenus earedigitur ad uires, vt tu arbitraris. Qua de cauſa Galenus de ætatis, & virium reſpectu ad uenæ ſectionem in morbis magnis faciendam loquẽs, videtur utrumque eorum ad ipſam eodẽ modo referre, quãquam ea adinuicem diſtinguit, quæ profectò ſi diſtinguenda ſunt, vt ex loco prædicto faciendum eſſe apparet; nihil uetat ætatem æquè, ac uires inter ſcopos primos mittendi ſanguinis recenſeri. Quia licèt non indicet propriè, ut magnitudo: tamen id facit impropriè non prohibendo, ſiue cõcedendo, ſicut uires, quas nihilominus Galenus lib. de ſang. miſſ. cap. 13. primum ſcopum ſecandi uenam eſſe affirmabat: quò loco cur de ætate mentio facta non fuerit, & an uideatur ea alibi ad uires à Galeno redigi, meum non eſt in præſentia longius explicare; quia propoſui ſolùm declarare, quomodo ætas à uiribus diſtincta reponatur aliquando à Galeno de ſententia Hippocratis in numero ſcoporum principum mittendi ſanguinis.

Quod cũ abſoluerim meo officio ſatis, arbitror, feciſſe.

De

EXERCITATIO VI.

De erratis Logicis Augenij.

Erratum I.

IN ijs,quæ hactenus dicta ſunt, multas tuas ſententias logicæ diſciplinę, & rationi rectè ſcribendi parum conſentaneas expunximus, vt ſuis locis cuique patere poteſt. In progreſſu multæ aliæ nobis occurrerēt reiiciendæ,niſi,vt in præfatione diximus, reliquum talis laboris iis,qui Maſſariæ patrocinium maiori cum laude ſuſceperunt,deferre deberemus: tamen nobis cō cedi poteſt, vt exponamus rudimenta quædam noſtrarum obſeruationum in epiſtolas aduerſus Maſſariæ ſententiam de ſcopis mittendi ſanguinis à te diſiectè ſcriptas. Scilicet, vt hac ratione demonſtremus,nos primùm tuas illas epiſtolas uagè percurriſſe,deinde tui 3.tomi continuatam lectionē aggreſſos,& ad tertiam eius partem proſequutos,debuiſſe ratione iam explicata ab incœpto deſiſtere. Sed prædictæ expoſitionis occaſione fortè non erit ab re proponere ſimul pauca quædam eorum,quę inter diſſerendum orationis noſtræ ſeriem ſubterfugerunt.

Ideò ab ipſis incipientes, repetamus nos iam declaraſſe, quomodo in definitione ſanitatis, huius differentias minus rectè expreſſeris,& quomodo ſymmetriam tāquam cauſam ſanitatis in eadem definitione malè repoſueris. Nam cum hoc poſterius cōfecerimus ea potiſſimum ratione,quia ſymmetria ſit differentia,aut condicio addita generi, ex qua, & ex ipſo genere fit unum per ſe; ſubinde id explanare poſſu-

rentiam eſſentialem. Quia differentia eſt pars eſſentiæ, & dicitur id, quo res diffinita ſeparatur ab alijs; cauſa autem nõ ſumitur ad rem ab aliis diſtinguendam, & eſt ipſius eſſentiæ cauſa, iſtaque omnia exemplo definitionis ecclypſis patere poſſunt. Nam per definitionem, quæ eſt priuatio quædam luminis lunæ, ſignificatur ecclypſis eſſentia, quæ eſt, priuatio quædam luminis: ſed quia priuatio luminis de aliis etiã ab ecclypſi diuerſis dici poteſt, propterea adiectione lunæ, nempè ſubiecti, illa ad ſolam ecclypſis naturam ſignificandam reſtringitur: cauſa uerò definitioni addita, ſcilicet obiectio terræ addita priuationi luminis lunæ; non apponitur vt differentia, ſed ut cauſa, propter quam res eſt. Quia accidentium forma, vt percipitur tex, 42. & 43. lib. 2. poſter. inhæret materiæ per externam cauſam, quam quæri per quæſtionem quid eſt, etiamſi per quęſtionem propter quid quæratur, docuit Ariſtoteles cap. 1. lib. 2. poſter. dicens unam, & eandem cauſam quæri per quæſtionem quid eſt, & per quæſtionem propter quid. Et ſanè cauſam externam attinere ad quid eſt, quatenus in definitione accipitur propter eſſentiæ cognitionem; ad propter quid autem, quatenus definitio traditur per externam cauſam, exponit Auer. in fine 6. com. lib. 2 poſter. vbi docet, quamuis Ariſtoteles dixerit idem eſſe quęrere quid, & propter quid: tamen aliud re uera eſſe, quod reſpondetur ad quid; aliud, quod ad propter quid. Quod. n. ad quid eſt reſpondetur, non eſt niſi forma, & propria rei eſſentia. Quod autem quæritur per quæſtionem propter quid, eſt cauſa externa finis, uel efficiens. Quare cauſa in definitione accidentis non ſumitur, ut differentia, & pars eſſentiæ, ſed ut eſſentiæ cauſa: proinde differentia, & cauſa inter ſe penitus diſtinguuntur, nec poteſt una pro alia adinuicem uſurpari, ut tu feciſſe uideris, aſſignando differentiam in definitione ſanitatis tanquam cauſam.

Erratum II.

In epiſt.4. tomi 3. loquuturus de eo, quod uacuandum ſit, incipis à quadam affectuum corporis diuiſione; & dicis: *Affectuum omnium corporis quidam ſine humoris affluxu conſiſtunt, quidam uerò ab humore fiunt, uel fouentur, uel futuri ſunt.* Cuius diuiſionis membra cum non ſint ita oppoſita, vt alterum ſub altero contineri non poſſit, reddunt ipſam diuiſionem regulis logicis parum conuenientem. Siquidem ex una parte ſunt morbi ſine humorum affluxu, ex altera morbi ab humore comprehenduntur, qui illis potius ſubijci, quàm opponi poſſunt. Quia reperiuntur morbi ab humore ſine affluxu, ueluti affectus, quem poſſe iecori accidere ab humore craſſo, & lento naturaliter in ſubſtantia ipſius uiſceris contento colligitur lib. 13. meth. cap. 16. Sic in uentriculo fieri poſſunt affectu ab humore in eadem parte genito; nempè à pituita. Sic febres ſynochæ, quarum uniuerſum tẽpus una acceſſio eſt, fiunt ab humoribus, qui in uenis, & arteriis omnibus, & prçſertim in maximis, aut putrefactione, aut alia cauſa, ueluti in ephemeris feruent, non autem ad ullam corporis partem præcipuè offenſam habent affluxum, quem in iis febribus, quæ circuitum habent, contingere declarat Galenus lib. 2. de differ. feb. cap. vlt. Quamobrem conſtat prædictam tuam affectuum diuiſionem abſurdam eſſe, & deficientem, quam tamen rectè fecerunt, qui indicem in Galeni libros conſtruendo notarunt, morbum cum humorum fieri affluxu, aut ſine. Nam hæc diuiſio logicæ diſciplinæ conuenit, & colligitur non ſolùm ex cap. 6. lib. de cauſ. morb. ab iis citato, ſed etiam ex cap. 5. lib. de morborum differ. & fortè aliunde.

Erratum III.

Cum uideres ex quibuſdam à te tractatis colligi rationē, quæ contra tua commenta probaret Maſſariam fuiſſe à te Nouatoris nomine inſignitum; conatus es poſtea uim eius rationis effugere, maiori propoſitioni, quæ erat, omnis Augenii tractatio eſt aduerſus Nouatores medicos noſtri temporis, addendo uocem *præclariſſimos*, quaſi ſic, licèt longiſſimè diſputes aduerſus Maſſariam, non ſequatur tamen ipſum eſſe tua ſententia Nouatorem: quod certè ſequitur; immò ita, ut ſimul colligatur Maſſariam eſſe Nouatorem præclariſſimum, ueluti ſuo locò declarauimus, quo tuam argumentationem accuſantes tanquam ab arte rectè diſſerendi alienam, quia ſecundum ipſam ex iis, quæ rogata ſunt, nō efficitur concluſio, nec additis quibuſdam: petebamus accuſationem ex lib. 8. Top. cap. 4. ſed ipſa Ariſtotelis uerba orationem ingredi facilè non poterant, quæ cum ad ueritatem confirmandam mirum in modum faciant: duximus hoc ſaltem loco eſſe referenda. Igitur hæc ſunt. „ *argumentatio autem quinque modis reprehendi ſolet. primò, cum ex ijs, quæ rogata ſunt, & quæſita nihil concluditur omninò; nec quod ad rem pertineat: quod falſa ſint, uel non probabilia omnia, aut certè plurima eorum, ex quibus concluſio efficitur: & quod nec detractis quibuſdam, nec additis, nec alijs detractis, alijs additis efficitur concluſio.* ex quibus luce clarius apparet tuum diſputandi modum reprehenſione in ipſis explicata non uacare: cum tantum abſit, ut tu ex iis, quæ à te rogata, & quæſita ſunt, concluſionem tibi propoſitā conficias, addita etiam uoce *præclariſſimos*, ut potius ea ponas, ex quibus concluſionem tuæ intentioni contrariam deducere mihi licuerit.

Erratum IIII.

Cum à Nouatoribus medicis noſtri temporis ad Nouatoris uniuerſè ſumpti notionem acceſſeris,& ab attributo,quo is poteſt in bonã, & in malam partem ſumi, collegeris illos itidem in bonam,& in malã partem accipi debere: licet animaduertere,quomodo à Nouatoribus noſtri tẽporis ad Nouatorem genericè ſumptum tranſire potueris;at nõ debueris iis,tanquã cuidã ſpeciei, tribuere cõmunes generis differentias. Quia quamquam id,quod inferius eſt, participet ſuperioris, vt dicitur 4.Top. tamen non poteſt recipere differentias diuiſiuas ipſius generis. Siquidẽ ſi ipſas reciperet,ſequeretur,ut contraria in eodem ſimul reperirentur, ſicut dicitur lib.eodem 4.Top.loco 26. atque iſta patere poſſunt exemplo hominis, qui ſubſtantia eſt,& participat quidem ſubſtãtiæ corporeæ, cui identicè, ut loquuntur, ſubiicitur, at non incorporeæ: quia in ſe ipſo contraria ſimul reciperet,quod eſt abſurdum.

Erratum V.

Cum Maſſaria profeſſus eſſet de Ariſtotelis ſententia duo eſſe in uniuerſum inſtrumenta facientia fidem, nempè ſyllogiſmum,& inductionem, libuit tibi lib.3.tomi 3.tuarum epiſtolarum uerſari circa Ariſtotelis locũ lib.1.Rhet.ad Theodectem,tanquam allatum à Maſſaria ad id probandum: qu[illegible] ſi ex eo ipſo non colligatur duo in uniuerſum dari prædic[illegible] inſtrumenta,ſed ſolùm duo eſſe inſtrumenta,quibus Rhet[illegible] res ſpeciatim vtuntur ad perſuadendum : quod cum falſu[illegible] eſſe uideatur, & Maſſariæ opinioni ille locus omninò f[illegible] ueat,nõ eſt ipſe prætereundus abſq; aliqua ſui declaration[illegible]

„ *mus, vt, & in dialecticis, aliud inductio eſt, aliud ſyllogiſ-*
„ *mus*; quamquam in Græco codice adduntur, τὸ δέ φαινόμε-
νος συλλογισμός, à Trapezuntio non expreſſa. Sed addun-
tur etiam, καὶ ἐνταῦτα ὁμοίως, à Trapezuntio omninò omiſ-
ſa, quæ tamen alii optimè interpretãtur, *& in his ſimiliter
rhetoricis ſtudijs*, uel, *ita etiam in hac arte*, quibus omni-
bus continetur ſimilitudo Rhetoricæ cum Dialectica penes
duo inſtrumenta probandi, ſcilicet inductionem, & ſyllogiſ-
» mum. Cum uerò Ariſtoteles progrediatur. *Nam enthyme*
» *ma quidem ſyllogiſmum rhetoricum, exemplum autem rhe-*
» *toricam inductionem appello. omnes autem fidem faciunt de*
» *monſtrando, uel exempla dicendo, uel enthymemata, & præ*
» *ter hæc penè nihil*, declaratur in his, quomodo Rhetorica iis
duobus inſtrumentis utatur, vt tu etiam interpretaris. Sed
» cum prætereà ſubdat. *quare ſi omninò neceſſe eſt syllogiſmo,*
» *uel inductione quodcumque, ideſt* ὁτιοῦν, *ſupple ex Græco*
» ἡ ὁντινοῦν; *ideſt, & quemcumque oſtendere, ut à nobis in re*
» *ſolutorijs expoſitum eſt*. Vides in his à te de induſtria, ut res
ipſa dictat, omiſſis manifeſtam contineri probationem prio
ris propoſitionis, quæ dicebat, inſtrumẽta probandi aliquid
ex Dialectica eſſe duo, inductionem, & ſyllogiſmum: ſcili-
cet, in his probari talem propoſitionem eſſe ueram: quia om
ninò, ideſt, ex Euſtratio in cap. 7. lib. 6. ethic. ſimpliciter, &
abſolutè omnis probatio fit, aut ſyllogiſmo, aut inductione,
vt in cap. 29. lib. 2. priorum traditum eſt. Quapropter iurè
Ariſtoteles ſtatim ſubiungit, *neceſſariò alterum ipſorum al
teri idem erit*, ideſt neceſſariò Dialecticæ, & Rhetoricæ in-
ſtrumenta eadem erunt: quæ ratio in formam redacta ſic o-
culis ſubiici poteſt. Inſtrumenta probandi aliquid ex Diale-
cticis duo ſunt, inductio, & ſyllogiſmus, ſed Rhetorica utitur
ſolum exemplo, quod eſt inductio rhetorica, & enthymema-
te,

te,quod eſt rhetoricus ſyllogiſmus: ergo Dialectica,& Rhe torica iiſdem inſtrumentis utuntur, & conſequenter pene ipſa conueniunt. Maior probatur per ea. *quare ſi omnin neceſſe eſt, &c.* minor per ea, *& in his ſimiliter; nam enthymema quidem,&c.* concluſio cõtinetur in uerbis poſtre mò allatis, *neceſſariò alterum,&c.* Quamobrem ſi in præ dicto loco Ariſtotelis à te citato continetur clariſſima ueri tas,cui Maſſariæ opinio niti potuit,an tu eam quaſi in tene bris relinquendo,textum mancum attuleris, vt ſupra diceb mus,tuum ſit iuditium. Sed quod attinet ad fundamentun opinionis Maſſariæ,forſan fuit potius locus citatus cap. 2 9 lib. 2. priorum,vbi Ariſtoteles peracta tractatione de modo quo dialecticæ,ac demonſtratiuæ rationes formam habeã ſyllogiſticam,tranſit ad declarationem modi, quo rethori cæ quoque rationes, & ſimpliciter ſecundùm unamquamq artem,ac methodum conſtrui poſſint argumenta, & inquit ›› *Quoniam autem non ſolùm dialectici, & demonſtratiu* ›› *ſyllogiſmi per prædictas efficiuntur figuras,ſed, & rhetori* ›› *ci,& ſimpliciter quæcunque fides, & ſecundùm quamcu* ›› *que methodum,nunc utique ſit dicendum. omnia enim cre* ›› *dimus,aut per ſyllogiſmum,aut ex inductione.* In quibus u des effulgere,non ſolùm mentionem rationum rhetoricar ſed etiam abſolutam affirmationem de ſufficientia inductio nis, & ſyllogiſmi pro fide in omnibus artibus,& ſcientiis fa cienda; ut is ſit locus, ex quo Ariſtoteles uelit illum Rhetoricæ explicari, & ex quo tu uideas ignorationem doctrinæ Ariſtotelis non poſse à te ſine aliqua uerecundia Maſſariæ obijci.

Erratum VI.

Cum lib. 2. diſputationum tuarum de numero ſcoporum mittendi ſanguinis cap. 4. velles oſtendere, magnitudinem morbi generatim ſumptam non indicare ſanguinis miſſionem, dicebas. *Primùm quidem, ſi morbi magnitudo generatim ſumpta per ſe indicat purgationem, aut uenæ ſectionem, omnis magnitudo, aut utramque, aut alterutram indicaret. Atqui hoc omnino falſum eſſe ipſa oſtendit inductio facta circa omnem magnitudinem morbi à Galeno 4. methodi medendi propoſitam.* Quam inductionem ſubinde aggrediens, non declaraſti abſolutè in nullo trium modorum, quibus morbus magnus eſſe traditur, conuenire uenæ ſectionem, ſed in primo, in ſecundo, in tertio modo aliquem dari morbum magnum, in quo non eſt ſecanda uena. Quapropter non potes abſolutè concludere: ergo ſectio uenæ in nullo morbo magno competere poteſt: ſed potius: ergo non in omni morbo magno uena eſt ſecanda. Quæ concluſio cũ ſit particularis negatiua, & faciat ad deſtruendam uniuerſalem propoſitionem, qua enuntiatur, magnitudinem morbi generatim ſumptam indicare ſanguinis miſſionem, aut purgationem; colligitur à te per inſtantiam, ut loquuntur, non, ut arbitraris, per inductionem; quia propoſitio particularis contraria propoſitioni vniuerſali inſtantia eſt, non autem inductio, quæ ex particularibus probat, & colligit uniuerſale: & propterea Maſſaria lib. 2. ſuæ Apologiæ ad cap. 4. iurè dixit, te rationem rectè diſputandi non callere, quod patet ex iis, quæ credis inducendo declarare. Nam de morbo magno ob præſtantiam partis agendo, ais. *Omnem certè ſuperat abſurditatem dicere cerebri morbos omnes,*

cor-

cordis, & iecinoris omnes alterutrum ex hiſce remedijs, aut utrunque poſtulare. Quibus te non intelligere ueram eſſe uniuerſalem negatiuam, ſed particularem; nempè dari aliquem morbum magnum ob partis præſtantiam, in quo uena non ſecetur, indicant quæ tu de morbo ratione eſſentiæ magno loquens, ita ſubdis. *nam inter ipſas intemperies calidas nulla maior febre, at quis aliquando tam peruerſo erit iudicio præditus, qui audeat in omni febre mittere ſanguinem?* Siquidem haud conceperis in nulla febre ſanguinē mitti poſſe, quia id, & Galeno, & rationi manifeſtè aduerſatur: igitur intelligis dari aliquem morbum ratione eſſentiæ magnum, in quo ſanguis non mittitur: & ſic pro deſtruenda uniuerſali affirmatiua obiicis, non abſolutè morbum magnū ratione præſtantiæ, aut eſſentiæ, aut cacoethiæ, ſed aliquem morbum altero, aut altero dictorum trium modorum magnum. Qui argumentandi modus non eſt inductio, cū ex particularibus nō probet, nec colligat uniuerſale, vt inductio facit, ſed inſtātia eſt, quoniā particularē negatiuā per ſingulariū oppoſitionē uniuerſali affirmatiuæ iam propoſitæ factā colligit, quod iuxta Ariſt. doctrinā lib. 2. priorū c. 32. inſtantiæ propriè cōpetit; & propterea Maſſaria locó ſupracit. dicebat ridiculū eſſe hanc rationem, tuā ſcilicet, quæ ex ſingularibus particularem negatiuam uniuerſali affirmatiuæ obiicit, appellare inductionem, quippe intelligens tuam eiuſcemodi rationem eſſe diuerſam ab inductione, quæ ex particularibus ad uniuerſale progreditur; vt quàm probè ille ſic tuam rationem expunxerit; tam improbè tu lib. 6. tui 3. tomi petulanti uerborum apparatu illius ſenſum diſtrahas, & redarguas; quamquam nil aliud efficis, quam id, ut Maſſariæ falsò exprobres naturæ inductionis, quæ tonſoribus nota eſt, ignorationem.

Erratum VII.

Quòd ætatem non indicare mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem uoluiſti probare tali ratione: *primi, & principes ſcopi indicant mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem, ætas non eſt primus, principaliſque ſcopus, ætas igitur non indicat mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem.* Maſſaria obiecit rationis inefficaciam: quia ea conſtat ex minore negatiua, ex qua in prima figura redditur modus inutilis, tu uerò lib. 8. cap. 3. tui 3. tomi reſpondiſti minorem negatiuam in prima figura reddere inutiles modos, qui directè concludunt, non autem qui indirectè, ueluti tua ratio facit. Quod vt aperires, ipſam rationem denuo formaſti in hunc modum. *primi, & principes ſcopi indicant mittendum, vel non mittendum eſſe ſanguinem: ætas non eſt primus, & princeps ſcopus. ergo aliquod indicans mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem non eſt ætas.* quem modum Fapeſmo eſſe dixiſti. Sed occurrit animaduertendum, te tuam rationem directè concludentem priùs attuliſſe. Nam concluſio eius priore modo efformatæ erat: *ætas igitur non indicat mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem.* quæ cùm conſtet ex ſubiecto, & prædicato eodem cum eo, quod eſt ſubiectum, & prædicatum in propoſitionibus, apparet manifeſtè, vt ab ipſis ad eam tractus fueris vi naturalis illationis; quia huius propriũ eſt, vt ſuperius, & inferius in cõcluſione ſit etiã ſuperius, & inferius in præmiſſis; quod ſi tua ratio procedit iuxta naturalẽ illationẽ, & eſt in prima figura ex minore negatiua, ſanè patet eã eſſe inutilẽ. Quia, vt ſupradictũ eſt, nullus primæ figuræ ſyllogiſmus, cuius minor ſit negatiua, põt utiliter cõcludere. Quare Maſſaria tuã rõnẽ hac de

O cauſa

cauſa urgebat,non quia ipſa indirectè formata nequeat certam aliquam concluſionem colligere. Tu uerò rationẽ, quã priùs directè formaſti,reponens indirectè, tibi non conſtas, & aſtu quodam uideris reprehenſionem modi recti tanquam inutilis diuertere ad modum obliquè concludentem. Quem non tam facilè concedam tibi utilem eſſe,cum tuum propoſitum non concludat. Siquidem quod quærebas erat. ætas nõ indicat mittendum,aut non mittendum eſſe ſanguinem. At ex tuis propoſitionibus,quæ erant : primi, & principes ſcopi indicant mittendum,aut non mittendum eſſe ſanguinem: ætas non eſt primus, & princeps ſcopus: illud quæſitum non colligitur,ſed alia concluſio, nempè: ergo aliquod indicans mittendum,aut non mittendum eſſe ſanguinem nõ eſt ætas; quæ uera eſt,tamen non concludit propoſitum,ſcilicet ætatẽ non indicare. Quia magnitudo morbi,& robur uirium ſunt indicantia mittendum,aut non mittendum eſſe ſanguinem, & non ſunt ætas; tamen non efficiunt ætatem non indicare, quod quærebatur. Igitur quamquam modus indirectus,quo poſteriùs tuam rationem formaſti,utilis ſit: id eſt concluſionem aliquam colligat. Tamen tibi eſt inutilis: quia concluſionem à te quæſitam non concludit; & propterea inanem operam poſuiſti in ea ratione indirectè formata reducenda quam cum ad modum quartum primæ figuræ, Ferio, uocatum reducere credas, admiratione dignum eſt quomodo id facias: nam reductio dictæ rationis per te facta talis eſt.

Nullum indicans mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem eſt ætas.

Scopi indicantes mittendum aut non mittendum eſſe ſanguinem ſunt primi,atque principes.

Ergo ætas non eſt ſcopus primus,atque princeps.

Luce autem clariùs apparet, huiuſcemodi modum arguendi

ram attinere,& non concludere propoſitum. Quoniam quartus primæ figuræ modus conſtat maiori negatiua uniuerſali, & minore affirmatiua particulari,ex quibus ſequitur concluſio particularis negatiua. Tua uero ratio reducta habet minorem uniuerſalem; præterea habet medium in utriſq; propoſitionibus ſubiectum; nempè indicans,&c. quod tertiæ figuræ eſt proprium. Sed præterquam quod ea ratio ad tertiã figuram redigenda eſſe uidetur,id etiam habet coniunctum, vt malè concludat,quia æquè arguit,ac ſi dixiſſes.

Nullus homo eſt equus,

Omnis homo eſt animal,

Ergo aliquis equus non eſt animal.

Cuius rationis concluſio malè deducta eſt, & rectè colligi non poteſt,niſi conuertatur per contrapoſitionem,ut loquuntur,ita,vt ex iiſdem præmiſſis in modo tertiæ figurę Felaptõ appellato ſequatur; ergo aliquod animal non eſt equus: ad quem modum ex tuis propoſitionibus rectè colligeres, non, ætatem non eſſe ſcopum primum, atque principem, ſed aliquem ſcopum primum, atque principem non eſſe ætatem. Quod tamen eſſet à tuo propoſito alienum, quod erat, ut ætas non indicet uenæ ſectionem. Igitur ratio, quam ad quartum modum primæ figuræ redigere credidiſti, redigitur à te ad tertiæ figuræ modum,qui non rectè concludit; fuiſſet uerò ad quartum primæ reducta,ſi eius minor uniuerſalis negatiua fuiſſet conuerſa ſimpliciter,& facta maior,ſic.Nullus primus,& princeps ſcopus eſt ætas,eius autem maior uniuerſalis affirmatiua fuiſſet conuerſa per accidens, & facta minor ſic. Aliquod indicans mittendum, aut non mittendum ſanguinem eſt primus,& princeps ſcopus. Nam his probè peractis concluſio,quæ prius erat in Fapeſmo,eueniſſet in Ferio. ergo aliquod indicans mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem non eſt ætas; & quidem uerè, ſed ad propoſitum non faceret. Nam aliud eſt,quod quærebatur; nempè ut æ-

tas non indicet uenæ ſectionem; aliud, vt aliquod indicans mittendum, aut non mittendum eſſe ſanguinem, non ſit ętas; & quamuis hoc uerum ſit, tamen non efficit illud. Siquidem magnitudo morbi, & robur uirium eſt indicans mittendum, aut non mittendum ſanguinem, & neutrum ipſorum eſt ętas. Sed ut antea etiam dictum eſt, non ſequitur propterea ætatē non indicare. Quare tua ratio nec probè reducta quicquam Maſſariæ officeret, qui ætatem indicare propoſuit. Cæterū etiam ſi concederemus prædictam rationem redigi poſſe tuo modo, vt verè colligeretur talis concluſio. Ergo ætas non eſt ſcopus primus, atque princeps, tamen non cōſequeretur, vt tu ſubinde infers, ergo ætas non indicat mittendum, aut non mittendum ſanguinem. Quia alia etiam non ſunt ſcopi primi, atque principes, tamen indicant uenæ ſectionem: veluti conſuetudo, quam dixit Galenus 1, ad Glauconem 14. nō parui momenti eſſe ad indicationem euacuationis, eius præſertim, quæ per uenæ ſectionem fit, iuxta tradita 9. methodi cap. 16. Demùm tuam reductionem illud comitatur incommodum, vt principij petitionem comittas. Nam in ratione reducta pro maiori propoſitione à te ſumitur hæc. Nullum indicans mittendum, vel non mittēdum ſanguinem eſt ętas, quæ eadem exiſtit cum quæſito probando: nempè cum hac. Nulla ætas indicat mittendum, aut non mittendum ſanguinem. Quia vniuerſalis negatiua ſimpliciter conuertitur in ſe ipſam, & conuerſione ſe mutuò conſequitur adeò, vt qui proponit. Nullum indicans mittendum, aut non mittendum ſanguinem eſt ætas: dicat.

Nulla ętas indicat metten
dum, aut non mitten
dum eſſe ſan-
guinem;
quod erat tibi colli-
gendum.

Erratum VIII.

De Galebi ſententia cenſuiſti locum textus 19.lib.4. acutorum eſſe Hippocrate dignum non dictione, ſed ſolo ſenſu, & hunc eſſe dixiſti, *in magnis morbis ſanguinem mittito ſi vires ualeant, ætaſque permittat*, non eſſe tamen propterea intelligendum in omnibus magnis: quia eſt explicatus oratione indefinita, quæ ſemper particulari æquipollet: vnde tua eius loci interpretatio ſuggerit nobis occaſionem conſiderandi primò, an perpetuò verum ſit propoſitionē indefinitā particulari æquipollere, deinde etiā, an eo loco propoſitio indefinita contineatur, circa quorum prius mihi uerſanti occurrit ſtatim Ariſtoteles, ſectio. 2. lib. 1. priorum dicens, » *cum eſt indefinitum, incertum ſi uniuerſalis propoſitio*. ex quo loco apertè colligitur indefinitam propoſitionem non æquipollere ſoli particulari, quia ſi eſſet uerum, vt ei ſoli æquipolleret, non eſſet incertum, an æquiualeat etiam uniuerſali: occurrit præterea Ariſtoteles circa initium lib. citati, vbi diuiſa propoſitione in uniuerſalem, particularem, & indefinitam, & declaratione quadam ipſarum facta affert exemplū ſolius indefinitæ, nulla quidem alia ratione, vt Viri doctiſſimi obſeruarunt, quàm quia indefinita eſt quodammodo uniuerſalis, particulariſque propoſitionis materia, cui ſi uniuerſale ſignum addatur, vniuerſalis ipſa efficitur, ſi particulare particularis. Qua etiam de cauſa uidetur indefinita appellata; quia ſcilicet indeterminatè ſe habeat ad uniuerſale, aut particulare ſignum.

Erratum IX.

Quo ad poſterius ex iis,quæ proximè conſideranda pro
ponebantur,non uidetur loco citato libri 4.acutorum propo
ſitio indefinita contineri: quia ut tu ipſe fateris, propoſitio
indefinita iuxtà Ariſtotelis mentem ea eſt,quæ ſine ſigno u
niuerſali,& particulari profertur: at propoſitio lib. citati nō
„ eſt ab Hippocrate ſine ſigno prolata.Nam inquit,τὰ δὲ ὀξέα
„ πάθεα φλεβοτομήσεις ἢν ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νόσημα καὶ οἱ ἔχοντε
„ ἀκμάζωσι, τῇ ἡλικίῃ καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν. in quibus uox
τὰ, eſt articulus,qui ſua poſitione non ſolum reddit propoſi
tionem determinatam; ſed tali poſitione, nempè appoſitio
ne facta uocibus ὀξέα πάθεα, reddit propoſitionem uniuerſa
lem: quia eiuſmodi uoces ſubiectum in propoſitione referūt
articulus autem ſubiecto appoſitus uim habet uniuerſali
determinationis,vt docet Ariſtoteles ſectione 5. lib. perihe
„ menias dicens, *& certè ſententia ea,qua bonum eſſe bonum*
„ *putatur. ſi bonum totum, & omninò dicatur,idē ualet quod*
„ *hæc:* ὃ ἂν ᾖ ἀγαθόν, *id eſt in bonis,inter hanc enim, & illam*
„ πᾶν ὃ ἂν ᾖ ἀγαθόν, *id eſt in bonis,nihil intereſt.* vnde Ammo
nius in commento dicit uſu receptum eſſe,ut in quibus præ
dicatum omni ſubiecto inſit,ſubiectum cum articulo profe
ratur, & idem , quod uniuerſale dicere exiſtimetur: quod
Ariſtotelis doctrina uidetur uni articulo ſingulari ab Am
monio applicari,dum dicit articulum pluralem non recipro
cari ita cum nota uniuerſali,vt exiſtimemus,in quibus articu
lum pluralem proferētes uerum dicimus,in iis etiam notam
omnis,uerè dici, nō eſt ille ſic intelligēdus,ut afferat articul
cum nota uniuerſali nūquam reciprocari, ſed non ſemper:u
delicet quando in pleriſque tantùm uerum ſit, quod enutia

facit doctiſſimus Burana, qui ſuis commentariis in primum librum priorum declarat ex Ammonio differentiam inter articulos, & vniuerſalem notam, atque de articulo plurali, ait. *pluralis uerò articulus, & ipſe aliquando uniuerſali* » *æquipollet. Idem enim eſt dicere οἱ ἄνθρωποι θνητοὶ, & omnes* » *homines mortales, aliquando autem ſolam multitudinem ſi*» *gnificat, ut cum dicimus, οἱ ἀθηναῖοι ἔμφρονες. quapropter, inquit,* » *ſi propoſitio aliqua cum articulo proferatur, non ab re tamē* » *erit, & ſignum uniuerſale aliquando addere, &c.* quo teſtimonio nihil apertius deſiderari poteſt pro confirmanda explicatione, quam Ammonii uerbis afferebam. At ſi articulus pluralis ſubiecto appoſitus non ſolùm habet uim uniuerſalem, ſed aliquando etiam ſignificat uerum eſſe in pleriſque quod enuntiatur; poſſet aliquis dicere articulum τὰ in loco citato lib. 4. acutorum ſignificare rem ut plurimùm ueram. Quod ſi uerum eſſet, ſanè malè aſſereretur, vt eo in loco articulus uim uniuerſalem obtineat. Ideò ne locus dubitandi cōtra ueritatem relinquatur, repetam rationem, qua Maſſaria lib. 4. ſuæ Apologiæ ad cap. 11. & 111. ſententiam eius loci uniuerſaliter accipiendam eſſe probauit in hunc modum.

» *debuit certè Aduerſarius conſiderare hanc re uera non eſſe* » *propoſitionem categoricam, quam uocant: in morbis uehemē*» *tibus detrahendus eſt ſanguis; ſed potius hypotheticam: ſi* » *morbus uehemens uideatur, ſanguis detrahendus eſt, nemo* » *autem eſt, qui neſciat hypotheticā habere coniunctam uim* » *vniuerſalis, cum à poſitione antecedētis ualeat conſequentia* » *ad poſitionem conſequentis. Igitur valebit, ſed eſt morbus* » *uehemens. ergò ſecanda eſt uena (poſitis. ſ. viribus, &* » *ætate). itaque hæc hypothetica æquipollet categoricæ uniuer*» *ſali affirmatiuæ. in omni morbo uehementi ſanguinem detra*

hes ſi uires ualeant,&c. quæ ratio meo iudicio ualidiſſima eſt; ſed quia à te oppugnatur, age conſideremus quomodo id efficias. Igitur tomo 3. tuarum epiſtolarum lib. 12.cap. xi. concedens illam propoſitionem eſſe hypotheticam, ſtatuis eſſe orationem coniunctam ex pluribus cōdicionalibus; & negās hypotheticam habere uim uniuerſalis, & à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis ualere conſequentiam, contendis utrunque horum declarare dicendo, *ut autem pertinet ad primum, condicionales quidem nihil ponunt in eſſe, ut boni aſſerunt Dialectici. Atque, ut ſit uera, nec antecedentis, neque conſequentis ueritatem requirit, ex qua re licèt colligant Dialectici omnes conditionales ueras eſſe neceſſarias, & omnes falſas eſſe impoſſibiles; nam omnis bona conſequutio eſt neceſſaria, ut aiunt, omniſque uitioſa impoſſibilis. Tamen id non eſt in omnibus uerum. etenim non modo multæ condicionales ex futuris contingentibus probabiles cenſentur, utſi diligenter operam nauaueris litteris, doctus euades, ſed etiam ex præſenti tempore, utſi dicas, ſi quæ mater eſt, diligit filium. quæ enuntiatio cum inter ueras numeretur, non in eo ueritatis gradu ponitur, ut dicatur falſa eſſe non poſſe. non tantum ergo neceſſariæ, & impoſſibiles enuntiationes condicionales reperiuntur, ſed cō tingentes etiam, nec uerò omnis conſequentia eſt neceſſaria, ſed quædam etiam probabilis.* in quibus ſi rem ipſam attendo, uideris exponere hypotheticam non habere uim uniuerſalis, quia nihil ponit in eſſe, & cum aliquando conſtet antecedente, & conſequente, quæ inter ſe neceſſariò, & perpetuò non connectuntur, poteſt eſſe contingens, & habere probabilem reſpectum conſequentis ad antecedens, ita, vt non ſit

poſita ſermonem aggreſſus continuas orationem dicendo, *atque ut ſit uera nec antecedentis, nec conſequentis ueritatē requirit*, videris loqui de conſequentia, quam à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis non ualere ſecundò pronuntiaueras: quaſi id explices aſſerēdo, poſſe eiuſmodi conſequētiā eſſe verā ſine antecedentis, & cōſequentis ueritate. Tamen orationis ordo, ac perſpicuitas requireret, vt de primo loquutus explicares diſtinctè quando circa ſecūdū verſareris. Cū uerò proponendo neges, à poſitione antecedētis ad poſitionem conſequentis ualere conſequentiam, & rerum propoſitarum probatione facta colligas, non omnem conſequutionem eſſe neceſſariam, ſed quandam etiam probabilem, videtur prædictæ tuæ negationi ea adhibenda interpretatio, vt intelligas à poſitione antecedentis ad poſitionem conſequentis non ualere neceſſariò conſequentiam; & cum aïs condicionales nihil ponere in eſſe, ſupplendum eſt, per ſe. Nam aſſumpto antecedente valent ad concluſionem efficiendam: & cum in ſumma contendas, vt hypothetica nō habeat uim uniuerſalem: quia non ſit perpetuò neceſſaria, ſed aliquando etiam contingens. Reſpondeo, quando dicitur hypotheticam habere vim vniuerſalis, intelligendū hoc eſſe de illa quo ad formam, cuius ratione idem eſt dicere, Si eſt A. eſt B. ac, quicquid eſt A. ſiue omne A. eſt B. quando uerò attenditur ueritas, aut falſitas, conſiderari condiciones materiales, & materiā, quæ cū ſit in uniuerſum aut uera, aut falſa, aut probabilis, profectò licet inferre, ut ea in propoſitione lib. 4. acutorum controuerſa aliquo dictorum modorum ſe habeat, at non ut ſit contingens. Quia argumentum procedit à ſufficienti partium enumeratione, quæ colligit aliquid eſſe, aut non eſſe partem totius, at non, potius unam partem, quam aliam: ideo quum dicis hypotheticam eſſe non ſolùm neceſſariam, & impoſſibilem, ſed etiam contingentem, id tibi concedimus; at quum ſine ulla ratione addis propoſitionem

P lib.

lib.4.acutorum,de qua quæſtio eſt,eſſe contingentem,& pro-
babilem,dicimus hoc eſſe uoluntarium,& eam propoſition
eſſe neceſſariam repetimus adeo, ut uniuerſali categoricæ a
firmatiuæ ratione formæ,neceſſariæ autem ratione materi
æquipolleat: niſi fortè aliquis dixerit te demonſtraſſe,ut ill
propoſitio ſit contingens. Quia aliàs illius uim uniuerſaler
infringere pluribus contendiſti: ſed hoc erit integras tuas d
principali inſtituto diſputationes ſupponere, quibus cum
tis ſit ab aliis factum,iure deſideratur demonſtratio eorum
quæ tu demum cap.x 1.lib. tui 12. citati tanquam noua a
tuliſti,quo loco Maſſariæ rationem ſupra allatam à te no
diſſolui,iam ſatis explanauimus.

Erratum X.

Ante ea,quæ proximè perpendimus,dicebas propoſitio
nem,quam hypotheticam diximus,ſtatuendam non eſſe c
iunctione unam. Quia ex tribus condicionalibus conſta
quarum una eſt: ſi uehemens morbus uideatur : altera,ſi f
ruerit ætas ægroto: tertia , ſi uires fuerint ualidæ. Ideo
hoc prætermittentes uideamur ipſum cõcedere, accipiam
propoſitionum alias prædicatiuas uocari , conditionales
lias,illaſque ſimplices eſſe ex ſubiecto,& prædicato, iſtas
duabus prædicatiuis compoſitas aliquid eſſe,vel non eſſe
ficere,ſi alterum fuerit,vel non fuerit: ſed in unam prædic
tiuam redigi; & his poſitis afferamus eam propoſitionem
Si morbus magnus eſt,uires ualeant,& ætas conſentiat,ſ
canda eſt uena, eſſe hypotheticam ex duabus prædicatiu
& poſſe categoricam effici ablata condicione ſic ; in om
morbo magno uirium robore conſiſtente, & ætate uigen
ſecanda eſt uena. Nam cum obiicias,iſtud nequaquam effi
poſſe : quia ea propoſitio non eſt una ex duabus prædica
uis conditione iunctis,ſed multiplex ex tribus conditiona

ſtræ aſſertionis probationem. Igitur conſtare debet, vt unitas propoſitionum ex Ariſtotele lib. 2. perihermenius cap. 2. dependeat ex ſubiecto, & prædicato ita uno, ut quamuis conſtent ex multis, ipſa tamen omnia ui, & facultate unum ſignificent. Quod unum non attenditur penes unitatem nominis, ſed rei ſignificatæ: vnde poteſt in uoce, vt in locum citatum inquit Ammonius, multitudo cerni, una tamen re uera fieri propoſitio, ſicut conficitur ea, de qua agitur. Quoniã uirium robur, & ætas ſunt condiciones morbi magni, & ſe tenentes ex parte ſubiecti, attinent ad ipſius unitatem tanquã ipſum comitantes, & neceſſariò reſtringentes. Siquidem quando ſubiectum excedit prædicatum, non poteſt effici propoſito uera, niſi ſubiectum coarctetur, vt innuit Ariſtoteles lib. 1. perihermem. cap. 5. vbi cum dicat notam vniuerſalem nunquam adiungi prædicato, reddit rationem Seuerinus in com. ſecundæ editionis, quia omnis prædicatio, aut maior eſt ſubiecto, aut æqualis: æquè ac ſi diceret, ſubiecto notam apponi, quia non poteſt eſſe amplius prædicato, quod palã docuit lib. 1. de differ. Topicis non longè ab initio tradens, in propoſitionibus reperiri duos terminos, quorum alter ſubiectus eſt, & minor, alter prædicatus, & maior, atque in his neceſſe uenire, vt ſi termini ſint inæquales, ſemper prædicatus dicatur de ſubiecto, ſi æquales, vterque conuerſa prædicatione de ſe; vt uerò minor terminus dicatur de maiore, in nulla propoſitione contingere. Quia ſcilicet tunc idem eſſet, & terminus minor, & maior: quod ſi in propoſitione uera ſubiectum non poteſt excedere prædicatũ, cui dubium eſt, quando illud maius eſt, debere coarctari? at noſtra propoſitio ſine uirium, & ætatis mentione remanens talis, in morbis magnis ſecanda eſt uena, continet ſubiectum; nempè morbos magnos, magis patens, quàm prædicatum, nempè quàm ſectio uenæ: quòd puerulí, & ſenes decrepiti, & qui præter modum debiles ſunt magnis morbis affici poſ-

ſunt,ipſis tamen ſectio uenæ non eſt adminiſtranda. Igitu
vt ea propoſitio uera reddatur,debet eius ſubiecto ea adiic
quæ ipſius conſiderationem coarctent,velut facere uiſa ſun
virium conſtantia,& ætas uegeta, addita magnis morbi
Quare hæc ſe tenent ex parte ſubiecti, atq; ex magnis mo
bis cum uiriū robore,& ætate uigente tanquam ſubiecto,e
verbo autem tanquam prædicato conſurget una oratio pr
dicatiua ſic; magni morbi cum uirium robore,& ætate uig
te ſunt. Cui ſi præponatur condicio, & ſubiungatur alia pr
poſitio,quæ dicit; ſecanda eſt vena: emerget propoſitio un
ex duabus prædicatiuis condicione iunctis in hunc modum
Si morbi cum uirium robore,& ætatis uigore magni ſunt, ſ
canda eſt vena. Quæ ad categoricam uniuerſalem affirma
tiuam redigi poterit,ablata cōdicione dicendo; in omnibu
morbis magnis,robore uirium,& ętate uegeta perſiſtente,ſ
canda eſt uena. Niſi uelimus logicas diſciplinas corrūpere

Cæterùm non dubitabis,arbitror, quomodo in propoſi
tione prędicta partes, quæ in multis aliis uidentur eſſe ora
tionum termini, ſint orationes; ſed ſi cui fortè id negotiur
„ faciat,audiat Seuerinum,qui loco citato inquit, *fieri auten*
„ *poteſt, vt propoſitionum partes,quas terminos dicimus,n*
„ *ſolùm in nominibus, verùm in orationibus inueniantur*
„ *nam ſæpè oratio de oratione prædicatur hoc modo. Socrate*
„ *cū Platone,& diſcipulis de philoſophiæ ratione pertractat*
„ *hæc quippè oratio,quæ eſt,Socrates cum Platone,& diſci*
„ *pulis,ſubiecta eſt, illa uero, de philoſophiæ ratione pertra*
„ *ctat,prædicatur.* quare propoſitio abs te conceſſa, vt Hip
pocrate digna quò ad ſenſum, non ſolùm eſt hypothetic
coniunctione una,cōtra tuam ſententiam,ſed etiam catego
ricæ vniuerſali affirmatiuæ æquipollet.

EXERCITATIO VII.

De Augenij ſententijs repugnantibus.

Repugnantia I.

SIcut ea,in quę hactenus animaduertimus,nō nullis aduerſis ſcatent,vt demonſtrauimus, ita ea,quæ contra Maſſariæ ſententiam de ſcopis mittendi ſanguinis ſcripſiſti, quaſdā repugnantias continent, quas hoc loco expoſituri,ſi aliqua etiam antè notata,ſed rebus uariis perplexa nunc breuiter,clarèque enodauerimus, poſtulamus,vt id ab æquis viris non repetitionis uitio, ſed perſpicuitatis ſtudio nobis attribuatur.

Igitur in memoriam reuocemus,vt,cum tomo 3. epiſtolarum tuarum ad finem lib.1.dixeris primùm relationem eſſe formam,& propriam quidditatem ſanitatis,deinde ſanitatē eſſe quodammodo relationem,feceris manifeſtam contradictionem. Quia eſſe alicuius rei forma, & quidditas, eſt eſſe id,quod maximè res eſt: eſſe autem aliquid quodammodo, eſt eſſe illud non ſimpliciter,propriè,& quidditatiuè; ſed minus propriè,vt colligitur lib.7.Metaph.14,& lib.5.phyſ.19

Repugnantia II.

Eiuſdem operis epiſtola 3.docens robur, & imbecillitatē facultatum cognoſci ex propriis earum operationibus, pronuntiaſti naturalem facultatem cognoſci ex concoctione,vrina,excrementis: quaſi iſta ſint operationes,vt de ipſis ſtatim affirmas ſubdens,*harum operationum uirtus, & uitiū indicabit robur,& imbecillitatem facultatum*, tamen lib.

tuo

tuo 3.de ſanguinis miſſione ueriùs fateris urinam,& alia excrementa eſſe opera naturalis facultatis, non operationes.

Repugnantia III.

Eiuſdem operis epiſtola 4.cap.6.ſtatuis dari dyſenteriam ueram, quæ critica dici debeat ad ſymptomaticę diſtinctionem. Tamen lib.7.cap.7.& 9.doces humores prauos coctione deponere omnem noxiam qualitatem.Quæ ſibi aduerſantur: quia dyſenteria uera ex 6.de locis patientibus cap.2. fouetur humoribus ita mordacibus,ut quaſi uenefica qualitate exulcerent, critica autem eſſe non poteſt ſine humorum coctione,quæ illis prauas exuit qualitates. Igitur dicere dyſenteriam ueram eſſe criticam,eſt dicere, vt humores, qui ipſā fouentes ſunt maligni,ſint etiam concocti, & praua qualitate careant. Quod tuæ doctrinæ,& ueræ, vt arbitror, non eſt conſentaneum.

Repugnantia IIII.

Eodem in loco paulò poſt ea, quæ proximè relata ſunt tribuis humori bilioſo motum ſegnem,ac tardum aduersù Galeni diſciplinam : tamen lib. 1.epiſt.2. ante medium affirmas bilem eſſe autorem uelocitatis ad diſtinctionem melancholię,quam grauitatis,& iudicii autorē à te uocatā non eſt ut quis fortè credat poſſe bilis nomine ſignificari. Quia nomen bilis ſine alia adiectione,vt à te fit,prolatum ſignificat flauam, & pallidam bilem 3. de alimentorum facultatibus cap.39,& de tumor.pr.nat.cap.9.atque alibì.

Repugnantia V.

Eiuſdem operis lib. 2. cap. 2. aſſeris in omnibus tuorum librorum de ſanguinis miſſione editionibus eundem titulum libris fuiſſe appoſitum: tamen in editione Taurinenſi anni 1584. talis titulus perſpicitur. *De ratione curandi per ſanguinis miſſionem libri x. in quibus extirpatis erroneis opinionibus paſſim hodiè apud nonnullos uigentibus, omnia ad hoc argumentum pertinentia, ſecundum Galeni doctrinam explanantur*: in quo nulla Nouatorum mentio fit; in aliarũ uerò editionum titulis Nouatores proprio nomine exprimuntur.

Repugnantia VI.

Eodem capite ais ex iis, quæ in præfatione prioris libri apertiſſimè dixiſti, percipi poſſe, vt in libris tuarum diſputationum non iudicaueris Maſſariam dignum Nouatoris nomine. Nam in illa nominare in particulari uoluiſti Nouatores, quibus cum diſputare præcipuè inſtitueras: tamen cap. 14. eiuſdem libri fateris ad earum diſputationum libros perſcribendos fuiſſe impulſum lectione potiſſimùm diſputationis de ſcopis à Maſſaria editæ, & tibi Venetiis dono datæ; & lib. 5. cap. 2. expreſsè profiteris, te in illa præfatione uoluiſſe ſignificare Maſſariam, quando de Nouatoribus loquẽdo dixeras, eos in Galeni contextibus quæ antecedunt, & ſubſequuntur non conſiderare, & eius integras ſententias nec integras, neque cum fide afferre.

Re-

Repugnantia VII.

Cap. 16. eiuſdem lib. 2. Maſſariam alloquens ais, *inſcitiā græcarum litterarum mihi obiicis: hoc certè mihi in præſentia ūerè obiicis, Maſſaria;* & addis te cogi aliorū opem quærere: quando nec ex lexico intentum conſequeris, neque ex Budæo: tamen lib. 8. cap. 9. profiteris cognoſcere in libro ad Thraſybulum ſtyli ſimilitudinem cum ſtylo libri de optima ſecta. Quod eſt opus hominis, qui potius aptus ſit lexica, & linguæ Græcæ commentaria componere, quàm cui ea ad græcorum verborum intelligentiam non ſufficiant.

Repugnantia VIII.

In fine epiſtolæ 8. lib. 3. tomi tui 3. cum ſcribas 4. Augu ſti 1598. te de caſu Pythionis ſatis dixiſſe: addis, *nunc rel quum eſſet, ut de indicationis natura, &c. agerem, ſed quia ſum iam ſcribendo defeſſus, in aliud tempus remitto,* tamen de indicationis natura agis in ſubſequenti ſtatim epiſtola quæ ante acto tempore ſcripta erat: nempè 3. Iulij eiuſden anni 1598.

Repugnantia IX.

Repugnantiæ, quam proximè notauimus, illa non eſt ab ſimilis, in quam incidis, dum cap. 5. epiſtolæ 44. tui 3. tom reprehendis Maſſariæ maledicentiam, & uideris eius impr uisò defuncti necem prædicere uoluiſſe, dicens. *Faxit De us, ne percrepet ille ſubitò.* Nam cum ipſa epiſtola 44. fuer à te ſcripta 2. Septembris 1599. Maſſaria verò diem ſuu obierit menſe Octobris antecedentis anni 1598. quomo do potes rem te ſciente præteritam, velle tanquam futura

Repugnantia X.

Cum in cap. 2. lib. 5. tomi 3. epiſtol. tuarum admireris Maſſariæ morem prorumpendi in laudes ſuorum Vicentinorum, nempè Leoniceni, Fracantiani, Comitis Montani, & Fabij Pacii; facis vt nos pariter admiremur, te communi hominũ ſtudio laudandi ſuos ductum, obiicere aliis id, quod in te ipſum iuſtiùs reiiciatur. Nàm Sebaſtianum Paparellã affinem tuum nobis ſpontè honorifica ſui mentione non ſemel obtrudis, & in epiſtola 9. lib. 3. tomi 3. dicens, illum uſũ eſſe præceptore patrè tuo; quem etiam in diſputatione ad Mercenarium commendas. innuere vis ipſum patrem tuum omnibus ignotum inſigni doctrina prꝙſtitiſſe. Quamobrem de ſimili Maſſariæ more, & ſtudio tuo loquentes, poſſumus cum Horatio dicere,

. . . . . unus vtriſque
Error:

& aliquis ad Maſſariam conuerſus, forſan addet,

. . . . . hoc te
Crede modo inſanum: nihilò vt ſapientiòr ille,
Qui te deridet, caudam trahat.

quamquam à Maſſaria non ſolùm illi nunquam ſatis laudati iure poterant frequenti commendatione celebrari, uerùm etiam multi alii noſtri, vt Gatti, tam docẽdi munere in Academia Patauina publicè obeundo, quàm medicina domi, foriſque ob Regum curam facienda cohoneſtati, qui an ſint tuis inferiores, nec meum, nec tuum, ſed aliorum iudicium eſſe debet.

Repugnantia XI.

Paulò inferius doces indicationem nil eſſe aliud, quàm naturæ propenſionem ad conſequendum utile, & ad noxiu euitandum, atque huiuſmodi propenſionem poſſe conſider ri, vel quatenus rebus dumtaxat ineſt, uel quatenus ment concipitur, artiſque beneficio docemus, quæ ad illius perfe ctionem neceſſaria ſunt: & primo quidem modo eſſe emph ſim, ideſt naturę operantis propenſionem, quæ nobis repr ſentat id, quod natura facere, aut euitare cupit; poſteriore ſe cognitionem quãdam talis propenſionis, ex qua remedi latitantia in rei natura eluceſcunt nulla cogitationis oper nullo adhibito diſcurſu; & in ſumma concludis, indicatior eſſe cognitionem quandam cum ſenſibus, & communibi notionibus maximè conſentientem, non ſyllogiſmum. T men cap. 7. lib. 4. tomi 2. epiſtolarum tuarum confiteris i dicationem eſſe ratiocinationem quandam tacitam. Qu ſatis eſt ad contradictionem in tuis ſcriptis hac de re parie dam: quia ratiocinatio Græcis dicitur λογισμός, qui in cal lib. 2. poſter. ſignificat habitum ratiocinandi, & diſcurrẽd noto ad ignotum. Siquidẽ Ariſtoteles ibi dicit habituũ, c circa διάνοιαν ſunt, ideſt, qui ad rationalem animæ part pertinent, alios eſſe opinionem, & ratiocinationem; al ſcientiam, & intellectum. Igitur cum dicas indicationem ſe ratiocinationem, neceſſe eſt, vt fatearis illam pariter διανοητικήν, ideſt diſcurſiuam; & condicio à te ratiocinati addita nihil aliud efficere poteſt, quam ipſam reſtringen ſicuti differentiæ additæ generi faciunt, conſtituere ſpeci tacitæ ratiocinationis ab ea, quæ ſit expreſſa, contradiſ ctam:

Repugnantia XII.

Ad ea,quæ proximè notata ſunt,dicis eadē epiſt.9. Maſſariam nomine magnitudinis morbi intelligere omnem magnitudinem in generali,excluſa omni cacochymia,omni plenitudine,omni fluxione, ac etiam in ſumma ſiue adſit, ſiue deſit humor,& hanc animo ſuo conceptam magnitudinem in genere uelle,vt ſit indicatrix,aut uenę ſectionis,aut purgationis,ſed falſa eū cōmentari. Quia vniuerſalis differētia unius affectus non poteſt indicare niſi uniuerſalem differentiā remedii, particularis verò differentia, & indiuidualis particularem,& indiuidualem. Vnde uis, vt non liceat tranſitum facere ab uniuerſali indicante ad ſpecificum,& ſingulare indicatum. Tamen tu in cap.4 lib.2.tomi 3. acturus de Nouatoribus medicis, contrà quos in tuorum librorum titulis tibi diſputandum ſpeciatim propoſueras, tranſitum facis ad declarandū de Nouatore in uniuerſum, quomodo is accipi poſſit in bonam,& in malam partem, ut hoc illis attribuas: quaſi generis vniuerſales omnes differentiæ, & condiciones poſſint competere alicui ſpecifico.

Repugnantia XIII.

Dum de textu 19. lib. 4. acutorum diſputas,nihil magis in ore habes,quàm Maſſariam ſepè redire ad uomitum, & tanquam Hippocratis fœtum legitimum concipere illum librum,quem ſcit à Galeno,vt ſpurium repudiari. Sed tu quāquam autorem illius libri non eſſe Hippocratem uerè cum Galeno profitearis,tamen in titulo, & in ſerie cap. 16. lib. tui 4. de ſang.miſſ. nec non in fine cap. 17, autorem eiuſdem lib.4. acutorum ſub nomine Hippocratis cōprehendis. Nā in titulo cap. 16.citati habes, *uerborum Hippocratis 4. lib.*

de ratione victus in morbis acutis explicatio, in eiuſdem cap. initio,*inquit Hippocrates lib. 4. de victus ratione in morbis acutis. In acutis morbis ſi vehemens morbus, &c.* & inferius circa medium eiuſdem cap. *propoſita Hippocratis propoſitio ueritatem habere non poteſt, niſi uniuerſalibus quibuſdam theorematis præſuppoſitis*, in fine uero cap. 17. in quo ſententiam cap. 6. lib. 4. methodi interpretandā propoſuiſti, dicis. *Hactenus de Galeni, & Hippocratis ſententijs dictum eſt*: ſcilicet referens etiam propoſitum cap. 16. Igitur te ipſum accuſas, dum Maſſariam de re prædicta reprehendis, qui fortè in ipſa ſequutus eſt aliorum morem, preſertim Franciſci Valleriolæ, qui, vt mihi nunc uenit in mentem, lib. 3. ſuorum locorum communium cap. 16. Autorem libri 4. acutorum ſub nomine Hippocratis cōprehēdit.

Repugnantia XIIII.

Lib. 4. diſputationum tuarum cap. 10. tu de futura plenitudine mentionem faciens, & rationem reddens, cur de illa Galenus non egerit: inquis, *ſed quid ſi hac in re paulo negligentiorem* (Galenum ſcilicet) *fuiſſe diceremus?* tamen in cap. 2. lib. 5. ſupracitati dicis à Maſſaria, qui te Galeni accuſatorem appellauerat, mendacium enuntiari; & quæris, cur id aliquando non probauit tua in medium propoſita dictione, quod nunc factum eſſe uides tuis conceptis uerbis allatis, quibus Galeno notam negligentiæ inuri manifeſtū eſt: niſi fortè dicere aliquem paulo negligentiorē, ſit aliud, quā aliquem negligentiæ nomine accuſare. Sed etiam lib. tuo 1. de ſang. miſſ. cap. 3. ad finem dicis. *Hæc certè manifeſtum faciunt, Galenum non infrequenter abuſum fuiſſe nomini-*

Quod nil eſt aliud, quàm ambitu quodam gloriæ comparã dæ ex tanti viri, quem tamen defendi poſſe fateris, detractio ne, illum de incuria itidem, & de quadam imperitia accuſare: quo ſpiritu te ductum fuiſſe probabile eſt, cum ſub initio eiuſdem lib. 1. pronuncias. *Quamuis ego nunquam huius opinionis fuerim, Galenum perfeciſſe omnia, quæ ad medici nam pertinent, & hunc nullibi erraſſe.* Quia cũ in ipſo libri citati limine eũ de errore accuſaueris, uideris id feciſſe ad eorũ aurã uenãdã, qui potius in leuibus quibuſdã autorũ expũgendis, quàm in iis, quæ maximi ſunt momenti rectè intelligendis inanem gloriam requirunt. Quod ſi à Galeni oppreſſione non abſtinuiſti, quid mirum te in doctiſſimos eius ſectatores ſtyli tui acerbitatem immoderatè conuertiſſe?

Repugnantia XV.

Cap. 13. lib. 5. tomi 3. epiſtol. tuarum ais Maſſariæ ſententia, *in pura, ac ſimplici cacochymia uenæ ſectionem ſalubriter exerceri, ſi illa magnum morbum concitauerit, uel ſit cõcitatura, modo uires ualeant*; ex quibus apertè cognoſci poteſt, ut Maſſaria conſiderauerit cùm præſentem, tùm futurã magnitudinẽ. Tamen cap. 8. lib. 12. illi obiicis futuræ magnitudinis negationem, quod, arbitror, dixeris te feciſſe: quia ille lib. 4. ſuę Apologiæ diſput. 6. ad cap. 7. viſus eſt eiuſcemodi negationem facere, adeò vt, quæ in tuis dictis apparet cõtradictio, non ſit tua, ſed Maſſariæ abs te notati. Igitur uideamus an Maſſariæ accuſatio ſit tua excuſatio, an potius res cõtrã ſe habeat, ut certè conſtat ſe habere: quoniam Maſſaria in pag. 35. diſputationis ſuæ de ſcopis mittendi ſanguinis impreſſæ anno 1598. recepit ex Hippocrate, & ex Galeno futuram magnitudinem, & à pag. 44. ad 46. aduerſus eos, qui ex cap. 3. lib. 4. methodi à nullo eorum, quæ adhuc non permanent,

nent,aſſeruerũt indicationem ſumi, explicauit modum, quo loci citati ſentẽtia ſit intelligenda; oſtenditque eam non efficere,vt qui futurus eſt morbus,& ſi iam re uera non adeſt, præſeruationem tamen non demonſtret: cui explicationi, vt aſſentiret agendo de uenæ ſectione facienda in cacochymia,coactus fuit docere ſectionem uenæ adminiſtrari, ſiue cacochymia morbum magnum inuexit,ſiue ſit inuectura; & à tali dogmate in loco ſupracitato ſuæ Apologiæ non diſceſſit,ut tibi videtur: etenim cum tu cap. 7. diſputationis 6. libri 4. pronuntiaſſes,ſententiam tex. 19. lib. 4. acutorum eſſe Hippocrate dignam duntaxat ſignificatione, & eam retuliſſes his verbis. *ſi perpendere voluerimus rem ipſam,equidem ſtatuemus,quod pertinet ad ſententiam,intelligentiam que Hippocrate uerè dignam: ſententia enim eſt huiuſmodi: in morbis magnis ſanguinem mittito, ſi virium adfuerit robur,ætaſque non prohibuerit.* Maſſaria talẽ recipiebat eius ſententiæ deſcriptionem tanquam ſuæ opinioni correſpondentem. Sed cum prædictis à te ſubiicerentur hæc, *admonemur hac ſententia non eſſe ad hoc generoſum remedium temerè accedendum,quemadmodum faciebant Empirici, Methodici,& plerique rationales; etenim in primis nunquam uenæ ſectionem exercebimus,niſi morbus extiterit magnus,ſiue quod actu,ſiue quod facultate talis re uera ſit; & hoc quidem decretum eſt Hippocraticum,* addebat idem Maſſaria huiuſcemodi interpretationem deſcriptioni iam factæ nõ conuenire; utque iſtud demonſtraret,faciebat comparationem ſententiæ à te prius deſignatæ cum tua poſteriore eiuſdem limitatione,& dicebat. *Aduerſarius paulò ſupra dicebat ſententiam,& intelligentiam litigioſæ huius ſententiæ eſſe talem. In magnis morbis ſanguinem mittito,ſi virium*

robur adfuerit, ætaſque non prohibuerit. Nunc uerò illam interpretatur, nunquam ad miſſionem ſanguinis eſſe accedẽdum, niſi morbus uel actu, uel poteſtate magnus fuerit. videamus queſo an altera ad alteram quadret, & ambæ inter ſe conueniant. Sententia imponit, & præſcribit legem, ſecundum quam Medici probè intelligant, ac debeant ſanguinem mittere. ea uerò eſt; Si morbus fuerit uehemens, ſi ægroti uires ualeant, ſi ætas floreat, ſanguinem eſſe mittendum; interpretatio autem hanc ſententiam, & legem ita contrahit, & in anguſtum adducit, ut Medicos illud unum moneat, vt ne unquam ſine morbi magnitudine ad generoſum hoc remedium accedant. at uerò, an quis eſt & Dialectica, & rerum omnium tam rudis, & ignarus, qui non ſtatim intelligat, quantum duæ huiuſmodi propoſitiones inter ſe diſtent? in quibus manifeſtum eſt Maſſariam te reprehendere, quòd primò propoſueris orationem, quæ morbi magnitudinem cum robore uirium, & ætate contineret; deinde eam ad morbi magnitudinem, quæcunque ſit, ſolam cõtraxeris uirium robore, & ætate prætermiſſis: nec poteſt ullo modo excogitari, vt ille iſtud efficiens innuat ſibi diſplicere, quòd dixeris morbum magnum, ſiue actu, ſiue poteſtate. Nam morbi magnitudinem actu, & poteſtate diuiſam non reprobat, ſed orationem, quæ præter magnitudinem morbi etiam robur uirium, & ætatem comprehenderet, à te primũ enuntiatam, deinde ad unius eiuſdem magnitudinis ambitũ contractam inter ſe comparat, & diſcordem eſſe declarat. Quod ſatis ſuperque demõſtrant uerba Maſſariæ de tua prima litigioſæ ſententiæ deſcriptione dicentis: *quomodo hæc ijs poſſunt conuenire, quæ hoc eodem temporis momento, hæc*

ea-

eadem orationis continuatione ſcribuntur? § *Admonemur hac ſententia,&c.* ſcilicet, quomodo hæc poſſunt iis conuenire,in quibus ſubinde continetur eiuſdem ſententiæ coarctatio?& id ipſum demonſtrant etiã uerba de ipſa coarctatione ab illo ſic prolata, *ut Medicos illud unũ moneat, ut ne unquam ſine morbi magnitudine,&c.* nam in his ille clariſſimã facit mentionẽ de ſentẽtiæ limitatione ad unã magnitudinẽ morbi facta. Quare pro aperiendo,in quo utraq; tua oratio conueniat,in quo non,agitur à Maſſaria ipſarum cõparatio, ſed conuenientia penes mentionem magnitudinis reperitur,diſſenſio penes id,quòd in altera magnitudo cum uirium robore, & ætate, in altera una magnitudo à te comprehenditur : cuius uarietatis rationem reddere,tuum eſſet, non autorum placitis rem falſam , & Maſſariæ , ut apparet, impoſitam exaggerare : quaſi ille debeat te præceptore ea de magnitudine futura diſcere,quæ iampridem alios publicè,& hactenus ſine contradictionis uitio docuit, à quo cum iam liber euaſerit, reſtat ut , quod illi imponis, pariat controuerſiam in tuis ſolis dictis tanquam aſſerentibus, Maſſariam aliàs agnouiſſe magnitudinem futuram , quod uerum eſt , aliàs ipſam negaſſe , quod falſum eſſe patefecimus.

Re-

Repugnantia XVI.

In cap. 7. lib. 3. de miſſione ſanguinis proponis de tua ſententia explicandum, qui magnus morbus indicet uenæ ſectionem, & primum dicis, *morbi magnitudo uenæ ſectionem indicans, non eſt abſolutè ſumenda, ſed prius ſupponit morbum ex eorum eſſe numero, qui uacuationem poſtulet per venæ ſectionem*: quæ facilè intelliguntur; deinde addis; *verum quia non protinus in eiuſcemodi affectu ad remedium accedimus, propterea ſcopi conſulendi ſunt, inter quos vnus eſt morbi magnitudo magnum auxilium poſtulans in eo genere auxilij; quod indicat morbi natura*: quorum ſenſus uidetur eſſe, ut intelligas ſcoporum tractationem poſteriorem eſſe cognitione, qua percipitur morbum curandum poſtulare euacuationem, & ipſam quidem, quæ uenæ ſectione conficiatur. Sed talis ſenſus falſus eſt; quia falſum eſt eiuſmodi cognitionem abſolutè præcedere ſcopos; ſiquidem ea ſupponit de affectu curando, ipſum ex eorum eſſe numero, qui uacuationem poſtulat per uenæ ſectionem; ſed hoc eſt ſuppo nere uacuationē ipſam eſſe indicatam, quod ante ſuos ſcopos fieri nemo ſanæ mentis dixerit. Eſt etiam prædictus ſen ſus obſcurus, quia cum eiuſmodi cognitio uerè præcedat ſcopos aliquos, vt ex Galeno patebit, etiam ſi ipſos poſt eā conſulendos eſſe uelis ſignificare, non poteris tamen id oratione tam abſoluta exprimere, immò uix confusè comprehendere; quatenus ſcilicet uideris innuere, ut ſcoporum conſideratio abſolutè ſequatur prædictam eam cognitionem. At dicis rem ex Galeni verbis explanari. Igitur attendamus quæ ſubdis hunc in modum. *Hic enim dicit in li-*

R *bro*

bro huic tractationi dicato, ſtatim in principio, oportere eum, qui de ſanguinis emiſſione ſpeculari uoluerit, unum ſibi, primumque proponere; nempè vt quæ corporis affe- ctiones euacuatione indigeant, conſideret: ac deinde alte- rum, quæ nam ea, quæ ſanguinis fit detractione: nam mul ti ſunt affectus, qui alia quapiam euacuatione quidem indigeant, ſed non ſanguinis miſſione; uides hic, quod pri- mum habere ſuppoſitum debeat, qui de hac tractatione a- gere voluerit. Verùm contemplatio de ſcopis, hanc non mo do ſubſequitur, ſed vltimo ferè loco ponitur à Galeno: ſic enim ille inquit; porrò, hac quoque ſpeculatione abſoluta, ſuccedit de ſcopis, ſeu intentionibus oratio, quibus videli- cet quis animum attendens, uacuationis menſuram conie- ctura queat aſſequi; hac de re egit Galenus de ſcopis in cap. xij. illius lib. Hoc itaque primum eſt, quod in hac ipſa contemplatione animaduertendum eſt, cognoſcere, num cu randus affectus poſtulet euacuationem: ſecundò an exigat uacuationem per uenæ ſectionem. Quibus cognitis, ma- gnitudo morbi poſtea eſt perpendenda, qua poſita, ſtatim ponitur, qua remota, remouetur indicatio de ſanguine mit- tendo, in quibus uerè aſſeritur Galenum docere ei, qui de miſſione ſanguinis ſpeculari uoluerit, propoſitum eſſe primò cognoſcere, num affectus curandus poſtulet euacuationem, ſecundò an eam, quæ fit per uenæ ſectionem; ſed malè dici tur contemplationem de ſcopis ſubſequi illa duo, & ultimo ferè loco poni. Quaſi cognitio euacuationis per ſanguinis miſſionem ante ipſos ſcopos ſimpliciter, ut dicebam, ideſt ſine ſuis ſcopis inueniatur: quod ſi ea ante quoſdam ſcopos abſoluitur, quorum ultimo ferè loco habenda ratio eſt, non

ſunt

ſunt hi oratione abſoluta proponendi, ut feciſti dicens, poſt eiuſcemodi cognitionem conſulendos eſſe ſcopos, ſed magis definita, quali te vti coegit rei ueritas, cum in tuorũ con
» firmationem Galeni verba hæc attuliſti: *porrò, hac quoque*
» *ſpeculatione abſoluta, ſuccedit de ſcopis, ſeu intentionibus*
» *oratio, quibus videlicet quis animum attendens, vacuatio*
» *nis menſuram coniectura queat aſſequi*, quæ ſcopos poſt eorum duorum priorum cognitionẽ conſulendos determinãt menſura uacuandi ſanguinis, & tantum abeſt, ut tuis illis verbis, *uerùm quia non protinus in eiuſcemodi affectu ad remedium accedimus, propterea ſcopi conſulendi ſunt*, &c. reſpondeant, vt potius oſtendant illa falſam, & confuſam doctrinam continere. Igitur rectiùs quàm feciſti, loquutus fuiſſes, ſi dixiſſes ei, qui de ſanguinis miſſione ſpeculatur, primò de affectu curando eſſe cognoſcendum, num ipſe poſtulet uacuationem, ſecundò an eam, quæ uenæ ſectione conficitur; deinde cum hanc poſtulat, qua quantitate ſanguis ſit euacuandus: quamquam duobus prioribus abſolutis Galenus ſub initio lib. ſui ſupracitati ſubordinat tertiò ſtatum, quo æger poſſit auxilium perferre ſine noxa, quartò occaſionem adhibendi auxilii, quintò electionem uenæ, quam aperire expediat, ſextò menſuram ſanguinis mittendi, ſeptimò modum, quo ſanguis, aut una uice, aut partitè mittatur, octauò quibus debeat, aut non debeat ſanguis extrahi ad animi deliquium.

Cæterùm, cum iuxtà Galeni verba à te allata, cogaris fateri eum, qui de ſanguinis miſſione agit, cognoſcere primò de affectu curando, an poſtulet euacuationem, ſecundò an eam, quæ fit per ſanguinis miſſionem, tertiò dum euacuationem ſanguinis poſtulat, qua menſura ipſam requirat; ante omnia uerò dixeris, magnitudinem morbi ſupponere morbum ex eorum eſſe numero, qui uacuationem poſtulet per

uenæ ſectionem: uideris intelligere, vt magnitudo ipſa perti neat ſolùm ad ſanguinis uacuandi quantitatem indicandã, quod apertè etiam declaras, cum tria eiuſmodi præcepta colligis, & explicas hunc in modum. *Hoc itaque primum eſt, quod in hac ipſa contemplatione animaduertendum eſt, cognoſcere, num curandus affectus poſtulet euacuationem: ſecundum, an exigat uacuationem per uenæ ſectionem. Quibus cognitis magnitudo morbi poſtea eſt perpendenda, qua poſita, ſtatim ponitur, qua remota, remouetur indicatio de ſanguine mittendo.* Tamen magnitudo morbi de Galeni ſententia lib. ſui citati cap. 9. primariò eſt ſcopus euacuationis, quę ſanguinis miſſione conficitur, ſecundariò etiam quãtitatis ſanguinis euacuandi. Nam ait Galenus. *Tribus itaque ſcopis mittendi ſanguinis definitis, magnitudine nimirum morbi, aut præſente, aut imminente, aut incipiente, vigente ætate, & robore uirium, extra puerorum ætatem, ad alias prædictas mittendi ſanguinis notas, quas non pauci Medicorum adiecerũt, accedamus, qui quantitatem quidẽ detractionis, nõ ipſam ſanguinis miſſionem ſimul indicarũt. Proinde è morbo, ætate, & viribus quod mittendus ſit ſanguis cognoſcitur: quantitas autem uacuationis non ſolùm ex iſtis, ſed & alijs deprehenditur*, adeo ut, cum dixeris magnitudinem morbi ſupponere morbum ex eorum eſſe numero, qui uacuationem poſtulet per uenæ ſectionem, & ei, qui de ſanguinis miſſione ſpeculatur, duo proponi prius cognoſcenda, nempè affectum curandum egere euacuatione, & ea, quæ fit per ſanguinis miſſionem, perperam dicas, *Quibus cognitis magnitudo morbi poſtea eſt perpendenda*, quaſi ante eorum duorum cognitionem magnitudo morbi

per-

perpendenda non ſit, quam tamen antè perpendendam eſſe, non ſolum Galenus clarè docet, verùm etiam tu ipſe ſtatim exprimis ſubdens de magnitudine, *qua poſita, ſtatim ponitur, qua remota remouetur indicatio de ſanguine mittēdo.* Quia ſi id, quod ponitur altero poſito, & eodem remoto remouetur, habet cum ipſo eſſentialem adeo connexum, vt conuertantur adinuicem, & ſe perpetuò conſequantur; magnitudine autem poſita ponitur, & eadem remota remouetur indicatio mittendi ſanguinis; ſanè uerum erit, has ſe perpetuo comitari, & tua uerba, *Quibus cognitis magnitudo poſtea eſt perpendenda,* ab iis, quæ ſtatim ſubſequi uidimus, & uera profitemur, eſſe aliena; proinde te perplexo, fallaci, & repugnante docendi genere uti. Quod hactenus ita demonſtraſſe nobis ſufficiat, quo ad Deus Opt. Max. pro infinita ſua pietate faciat otia inducere vultus, ut quidam loquitur, placidiores, & nos ſua tranquillitate ad ſcribendum, hoc eſt ad diſcendum allicere, ac inuitare.

Finis Lib. II.

VICETIAE,

Apud Georgium Græcum.

M D CII.

SINE FELLE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Superiorum permiſſu.

71·6
BIBLIOTECA